9. 4. 300

Digitized by Google

VITA
B. BERNARDI
PTOLEMÆI

Congregationis Olivetanæ Fundatoris

A' GERMANICO PTOLEMÆO

PATRITIO SENENSI

Eminentiſs. Domini Cardinalis Cœlii Picolominei
Senarum Archiepiſcopi Vicario Generali

Sacræ Theologiæ, ac Juris utriuſque Doctore
In Senenſi Lyceo Juris Civilis Interprete Ordinario

ET ACADEMICO INTRONATO

Per Elogia centum, & ultra olim digeſta

Ab Equite, & Comite

MARIO PTOLEMÆO

Authoris ex Fratre Nepote,

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA

AC

Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domino Domino

ANTONIO FELICI
ZONDODARIO

Archiep. Damaſceno, & pro S. Sede Apoſtolica
ad Catholicum Hiſpaniarum Regem Nuntio Ordinario

DICATA.

SENIS; Apud Bonettos Typis Publici MDCCX.
Superiorum permiſſu.

9
4
300

Digitized by Google

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS.

PRÆSUL.

CUM primùm in mentem venit, ea, quæ B. BERNARDUS PTOLEMÆUS Olivetanæ Congregationis Author olim piè, ſanctèque geſſit, à patruo meo Germanico literis compræhenſa publici juris facere, ſtatim ad te primum, ILLUSTRISS. ac REVERENDISS. PRÆSUL, eum librum mittendum, tibique

✠ in-

inſcribendum putavi. Nam cum pluribus de cauſis ea, quæ pervenire debent in manus hominum, alicujus patrocinio commendari ſolitum ſit, vel ut, quoniam prona ſemper ſunt hominum ingenia ad aliena ſcripta vellicanda, ac reprehendenda exiſtat aliquis, qui ea protegat, ac tueatur, vel ut, quam ipſa gratiam, celebritatemque non habent, à patrono gratioſiſſimo, clariſſimoque mutuentur, vel denique, ut authoris, editoriſve erga aliquem ſtudium, atque obſervantia, quæ privatis adhuc officiis culta, ac retenta eſt, publico aliquo teſtimonio palam fiat, ita mihi in præſentia ſeſe objecerunt univerſæ, ut quæ me potior impulerit, non facilè poſſim exiſtimare.

Etenim primo loco animadverti ſeveriores quoſdam fortaſſis non deſore, quibus ipſum ſcripturæ genus non probetur, quod in eo indulgentia propè nimia, & pluſ-

quam

quam, ut ipſi judicant, in re ſeria deceat, ingenia luxuriari videantur; quos monitos cupio, ut ne doctiſſimorum virorum exemplis, qui ab hoc ſcribendi genere nequaquam abhorruerunt, eximiamque inde laudem conſequti ſunt, ſuam opinionem refelli ægrè ferant, tandemque intelligant, non ipſam ornatæ locutionis formam eſſe reprehendendam, ſed eos, qui non vident, quouſque in ornando progredi liceat; à quibus Author tantum abeſſe operam ſemper dedit, ut ſi quid uſpiam offendit, non ejus judicio, ſed ſæculi, quo vivebat, licentiæ, qua interdum quaſi quodam æſtu abreptus fuit, tribuendum ſit. Quoſdam verò etiam latini ſermonis nitidiorem cultum, atque elegantiam deſideraturos exiſtimavi, qui planè meminiſſe debent, Authori, cui propoſitum erat, de Bernardi ſanctitate dicere, magis con-

ſen-

ſentaneum viſum, Divinæ Sapientiæ verbis, quam Tullianis uti. Sed quid ego paulatim libelli defenſionem fruſtrà ſuſcipio, qui profectò, ſi te patronum, ILLUSTRISS. ac REVERENDISS. PRÆSUL, nactus fuerit, non omnes modo obtrectatorum repręhẽſiones evadet, ipſis Adverſariorum ſtudiis ſola tui nominis authoritate reſtinctis, verum etiam eam ſibi gratiam apud homines colliget, quæ ampliſſimis meritis tuis debita, in ipſum quoque, ſi ea, qua ſoles, benignitate exceperis, redũdabit. Enim verò quibuſnam ipſe auſpiciis publicam aſpicere lucem gratioſiùs, aut illuſtriùs poteſt, quam ſi nomen tuum in fronte præferat, quod non complurium modò populorum, quibus de facie cognitum eſt, ſtudia ſibi, ac benevolentiam comparavit, cum ſumma tuę dignitatis opinione conjunctam, verùm etiam cunctarum omninò genti-

um

um, quas jam famæ celebritate pervaſit? Licere mihi non arbitror ad te ſcribenti, qui ſciam, quam ægro feras animo laudes tuas, tot à te pro S. R. Eccleſia, proque univerſa Chriſtianorum Republica præclarè geſta hoc loco in medium proferre, quæ certè, donec virtus cara, & jucunda hominibus, ac in pretio erit, ſolidam tibi, atque immortalem gloriam afferent. Quamobrem tot illuſtria, atq; eximia munera, quibus in Urbe foriſque maxima cum laude functus es, ego quidem officioſo ſilentio premam; attamen nemini excidere ex animo unquam poterunt tum conſpicua ad Aulam Cæſaream mandata tibi legatio, ut Regi Romanorum de ſuſcepta ſobole Pontificis nomine gratulareris, tum Polonię Reginam ad Urbem accedentem, ubi Pontificiæ ditionis fines ingrederetur, magnificentiſſimę excipiendi, commiſſa tibi pro-

vin-

vincia; cunctiſq; etiamnùnc verſantur ante oculos tot itinera difficillimis temporibus à te ſummo cum incommodo, ac magno cum vitæ diſcrimine terra, marique ſuſcepta, ut munus conficiendæ pacis tuæ prudentiæ, ac dexteritati à Summo Pontifice publicæ quietis, ac trãquillitatis ſtudioſiſſimo injunctum expleres. Qua quidem in re ſi laboribus, vigiliiſque tuis optatus non reſpondit exitus, id certè temporum iniquitati, Deiq; Opt. Max. providentiſſimæ juſtitiæ fortaſsè ſcelerum pęnas ab humano genere repoſcentis tribuamus licet, cum à te, iiſque, qui una tecum tam laudabili, ſanctæque procurationi operam dabant, nullum non exantlatum laborem, nullum prætermiſſum officium, quod quidem tantæ rei perficiendæ conducere videretur, deſiderare jure quiſquam poſſit. Quamobrem, hanc extraordinariam pacis cauſa

le-

legationem non modo ſolemnis, ac perhonorifica ad Catholicum Hiſpaniarum Regem legatio eſt conſequta, verum etiàm tot præclara, atque egregia facinora eam jam in hominum mentibus tui nominis æſtimationem pepererunt, ut nullum ſit tam amplum, atque illuſtre honoris, ac dignitatis genus, tamque alto faſtigio poſitum, quòd non quodammodo ſe inclinare ad te, tuaſque eximias virtutes complecti, atq; ornare cupere videatur. Quas equidèm ſanè plurimas, ac præſtantiſſimas, ſi voluntati tuæ morem gerens hucuſquè nè levitèr quidèm attingere auſus ſum, fieri tamèn nequit, ut non hìc earum aliquam comitatem nempè, ac benignitatem tuam prædicem, qui dum ad ampliſſimos dignitatis gradus rem publicam bene gerendo contendis, me toties ultrò reſpicere dignatus es, ac complecti humanitate planè ſingulari. Qui-

nimò

Digitized by Google

nimò majoribus etiam Reipublicę negotiis tantum temporis interdùm ſubripere voluiſti, ut jam ab ineunte ætate ſuſceptæ, ac deindè vivendi conſuetudine confirmatæ ſignificationes ad me dares oppidò mihi quam jucundiſſimas benevolentiæ erga me tuæ. Cui quidem, atque aliis innumerabilibus penè beneficiis, quę in me, domumque meam liberaliſſimè contuliſti, ILLUSTRISS. ac REVERENDISS. PRÆSUL ſi de referenda gratia cogitare quidem vellem, eorum certè magnitudinem cognoſcere, atque immenſam quãdam vim non viderer. Quamobrẽ ſi hunc modò tibi libellum offero, non eo putes animo velim hoc à me fieri, quaſi officio cupiam ſatiſfacere (cum potius ad priſtina tua erga me merita hic quoq; cumulus acceſſurus ſit, ſi operi tuis auſpiciis in lucem edito nec præſidium unquam à te deerit, nec gratia)

ſed-

ſed ut publica quædam teſtatio ſemper extet incredibilis obſequii ac ſingularis obſervantiæ erga te meæ. Tuæ jam humanitatis ſpero fore, ut hæc exigua licèt argumenta devotæ tibi, atque obſtrictæ voluntatis accipere, plurimaque hactenùs collata in me munera, novo hoc, atque ex omnibus mihi gratiſsimo cumulare beneficio velis; Quod ut facias, etiam, atque etiam rogo. Vale.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nobiliſſimis Parentibus, Mino Ptolomæo, & Fulvia Tancreda ſterilibus, eorum vota Deipara obſecundante; Beatus Puer concipitur.

ELOGIUM. I.

Mirum planè fuiſſet,
Si vita tranſigenda prodigiis
A prodigiis non inchoaret.
Fœcunda ſanctitas naſcitura
Parituram fœcundat ſterilitatem.
Avaritiam naturæ
Prodiga emendat gratia;
Et uno pretioſiſſimo conceptu
Damna diuturnæ ſterilitatis compenſat.
Debuit longi patientia deſyderii
Emi maturæ fructus quamvis acerbus
fœlicitatis.
Laborioſiſſimæ molitioni
Occupata natura
Nobiliſſimum opus diſtulit annos plures;
Et quùm cœleſti Puero concipiendo
Sola jam non ſufficeret,
Cœlo adjutóre opus habuit.
Vera ab aſtris Lucina,
Advocata
MARIA,

Digitized by Google

Ut à fœcunda Virgine
Diſceret fœcunditatem ſterilitas.
Scilicet, tantæ molis erat, condi
BERNARDUM.
Quid præter monſtra
Paritura expectes à ſterili?
Cœlo ſimul, ac terra Genitoribus,
Monſtrum amabile,
Naſcetur Orbi nobilis Semideus.
Difficilis conceptus
Adeò materna viſcera exhauſit,
Ut dare ei fratrem nequeat,
Unico effæta fœtu,
Languidæ matris fatigata fœcunditas.
Numeri tamen damna
Unigenitus,
Vel ad ſuperbiam matris,
Gratia numeroſiore rependet.

Mater

Digitized by Google

Mater, dum Puerum geſtaret in utero, ſibi viſa eſt in ſomnis candidum cygnum peperiſſe, qui virentis Olivæ decerpto ramo, denſis ſtipatus cygnis cœlum volatu conſcenderet.

ELOGIUM II.

Cœleſtis Puer,
Vix conceptus in terris
A Cœlo amantiùs attrahitur;
Et anima pretioſa vix credita telluri
Invidis ab aſtris repoſcitur.
Non fert corporis moras
Ardentiſſimus animus.
Non alio tecto capax, quàm cœlo tegi,
Clauſtri materni impatiens
Cogitur protinùs in aperta migrare;
Nec adhuc humi reptans
Jam cœlo volat.
Deſtinatus Fecialis
Fæderi cum cœlo feriundo,
Naturæ terminos expectare non ſuſtinens,
Ut amabili legatione fungatur,
Præcoci deſyderio ortum velocior
anticipat,
Pacatis jam jam aſtris
Suas inſerturus OLIVAS.

Candidiſſimus animus
Quid niſi Cygnum indueret?
Primum telluris aſpectum,
Vel clauſo è ſinu matris,
Oculis ſiccis non ſuſtinet;
Et jam jam naſciturus
Languidam vitam
Veluti moriturus,
Liquida Cygni voce, & lachrymis canoris
Salutat.
Candidatam æternitatis
Animam olorinam
Cygnus ſydereus invitat,
Et ad lactea fluenta, murmurantibus aſtris,
Vocat cœli Galaxia.
Candida hæc ales
Motibus procelloſis circumquaque tellure
fluctuante,
Geneſ. 8. Ubi pes ejus ſecurè requieſceret,
non inveniens,
Ad arcam cœli,
Undè demiſſa priùs,
Penna fugiente revertitur,
Frondentis oleæ ramum bajulans
nidum ſuum.
Hæc vero Jovi,
Non iracunda fulmina,
Sed pacificas oleas miniſtrat;
Et

Et oleum cœlo ſuppeditat,
Ad invidiam aſtrorum
Novas in illo lampades accenſura.
Innoxiæ volucri, alia fronde poſthabita,
Dulcis ſagina pacis,
Una in deliciis OLIVA.
O miram nondum nati providentiam!
Vel ab alvo materna
Tenera membra duriſſimam diſponit
in athleticam;
Et priùs quàm decretoriam deſcendat
luctaturus in arenam,
Sibi inungendo
Liquorem providè parat.

Naſcitur Senis in Hetruria die decima Maii anno à partu Virginis 1272. ſeculo Italiæ, & univerſo Orbi Chriſtiano Guelphorum, ac Ghibellinorum diſſidiis funeſtiſſimo, & in illius ortu repentino afflata gaudio patria Senenſis exultat.

ELOGIUM III.

Obſtetricante Cœlo,
Amęniſſimũ Florem Majus floralis effudit;
Florem,

Quo ſatis uno lepidè coloratum
Ver Senenſe ſuperbiat.
Tenellus iſte floſculus
Omnium amænitatum breviarium eſt.
Omnium florum in uno legitur contracta formoſitas.
Animam odoratam illicò inhalans
Graveolentis Hetruriæ auras corruptas vaporat;
Et decens cœli riſus
Luctuoſas terras exhilarat.
Florido recreata puerperio
Suam ſibi fęlix patria gratulatur fęcunditatem,
Et repentina amænitate benè feriata
Genialiter ſua ludit Hilaria.
Liquidiſſimæ interpretes voluptatis
Vocales civium oculi perorant;
Et in caſtis Floraliis
Vel ipſæ rident lachrymæ populares.
Erumpe ex ore, ex oculis,
Sinè intemperantiæ metu,
Urbana erumpe lætitia.
Leviter gaudet,
Quiſquis poteſt lætitiam temperare.
Copioſas, ac multiplices gratulationum cauſas ſuppeditat
Naſcens communis orbi Chriſtiano fęlicitas

Naſcitur
Languidæ patriæ ſalus,
Ægræ Italiæ ſolamen,
Cœleſte terris decus,
Et laboranti columen religioni.
Puer naſcitur aureus,
Ferreo Seculo nomen detracturus.
Extingue faces odium,
Blandulus exoritur amor,
Igne [a] meliori terras accenſurus. [a] Lucæ 12.
Horrenda Martis claſſica
Silete;
E collibus Hetruſcis pacalis ſurgit OLIVA.
Diſcordiis inteſtinis laceratam Italiam
funeſtantia
Cruenta monſtra apagite:
Domitor jam vagit Alcides,
Cujus vel cunæ monſtris exitiales.

Nato à Fulvia Matre imponitur nomen JOANNES.

ELOGIUM IV.

Quis putas [b] puer iſte erit? [b] Lucæ 1.
Qualem vix poſſis credere.
[c] JOANNES, [c] Ibid.
Eſt nomen ejus.

Diſce uno à nomine cuncta,
Quod gratiam ſonat.
Hoc fecit illi nomen.
Fœcundata ſterilitas.
Quidni datus ex gratia,
Indè & nomen reciperet?
a Lucæ 1. Hic puer [a] magnus erit coram Domino,
Cujus cum eo manus.
b Joann. 1. Homo [b] miſſus à Deo,
Ut teſtimonium perhibeat de lumine,
Quod tenebræ non comprehenderunt.
Agni & ipſe lucerna
c Pſal. 4. De claro [c] fructu ardentis olei ſui
d Pſal. 18. Præcepto [d] Domini lucido,
Oculos illuminatura.
e Lucæ 1. Vinum [e] non bibet, aut ſiceram,
f Pſal. 103. Sed exhilarabit [f] faciem in oleo ſuo
g Jerem. 1. Datus [g] propheta in gentibus,
Ut deſtruat, & evellat,
Ut plantet, & ædificet.
Poſitus quamvis aureus
Ruenti ferreo ſeculo
h Ibid. In murum [h] æreum,
Et ferream in columnam.
i Lucæ 1. Venit & ipſe in ſpiritu, [i] atque virtute Elię,
Non in regionem Jordanis,
Sed ad juga OLIVETI,
k Lucæ 3. Parare Domino [k] plebem perfectam,
Prædica-

Digitized by Google

Prædicaturus baptiſmum pœnitentiæ.
Et iſte[a] vox clamantis in deſerto I a Iſaiæ 40.
Viam Domini in deſerto præparatura.
Lætare[b] deſerta, & invia, b Iſaiæ 35.
Exulta ſolitudo:
Florebis quaſi lilium,
Dabitur tibi ab eo Libani gloria,
Atque decor Carmeli;
Et erunt[c] prava in directa, c Iſaiæ 40
Et aſpera in vias planas.

Mira in eo, vel à tenera infantia, morum gravitas, & pietatis maturitas.

ELOGIUM V.

Quem ſenior mater pareret,
Niſi puerum ſenilem?
Infantiam in JOANNE ne quæras;
Leviſſimam ætatem
Morum gravitas occupavit.
Nullum in eo tenerum annum invenias.
Probatiſſima vita,
Nulla ſui parte diſſimilis,
Præcoci inchoavit à Senio.
Pietas, in aliis virtus,
Viſa in illo natura.
Poteſt parvulus lactens
Adultam

Digitized by Google

Adultam balbutire religionem;
Et quam adhuc non didicit vocare,
Jam didicit amare.
Greſſu ſucciduo titubans
Robuſtæ ſanctitatis plena figit veſtigia;
Et terrenarum impotens ſemitarum
Exultat[a] ad currendas cœli vias.
Ita in JOANNE,
Mira anticipatione,
Fructus florem præcurrit;
Immo [b] flos ipſe,
Fructus honeſtatis;
Atque maturitate præmatura
Verna autumnat acerbitas.
Scilicèt feraciſſimus annus,
Quem profert Sol juſtitiæ
Sua penſilis de libra,
Steriles vices a varę tempeſtatis non metuit,
Immò totus autumnus eſt.
Futuram diem
Luminoſo ex crepuſculo auſpicare.
Qui futurus meridies,
Ubi ipſa vel aurora meridiana?
Primis hiſcè è veſtigiis
Puerum gigantem dignoſce.
Utcunque primo in ortu
Auroræ ab ubere pendeat,
Nunquam tamen infans Sol eſt.

a Pſalm. 18
b Eccl. 24.

Formo-

Digitized by Google

Formoſus ad miraculum adoleſcens
JOANNES.

ELOGIUM VI.

Adjuro [a] vos, — a Cant. 5.
Filiæ Hieruſalem,
Si inveneritis dilectum meum,
Nunciate ei, quia amore langueo.
Qualis eſt [b] Dilectus tuus, — b Ibid.
Formoſiſſima Sponſa?
Electus [c] ex millibus, — c Ibid.
Rubicundus, & candidus,
Purpurat, [d] ut flos roſarum, — d Eccl. 50.
Candicat, uti lilium,
Et coccinum, [e] & nix, — e Iſaiæ 1.
Dilectus meus.
Caput ejus [f] aurum optimum, — f Cant. 5.
Crines [g] torrentes aurei, — g Job. 22.
Quorum flava [h] tempeſtas demergit me. — h Pſalm. 68
Uti palpebræ [i] auroræ, — i Job 40.
Uti aſtra [k] matutina, — k Job 38.
Oculi [l] columbarum, — l Cant. 1.
Oculi ejus;
Quorum acies [m] terribilis — m Cant. 6.
Tamquam [n] ſagitta volans in die, — n Pſalm. 90
Vulneravit [o] cor meum. — o Cant. 4.
Ceu fragmen [p] mali Punici, — p Ibid.

Sicut

a Cant. 5. Sicut areolæ[a] aromatum conſitæ
à pigmentariis,
b Cant. 1. Decoræ,[b] ſicut turturis, genæ illius.
c Cant. 4. Favus[c] diſtillans, labia,
d Pſalm.44 Diffuſa[d] in quibus gratia,
e Cant. 4. Quorum ſunt[e] emiſſiones, paradiſus.
f Ibid. Mel, &[f] lac lingua;
g Cant. 2. Illius[g] eloquium dulce;
h Pſalm. 54. Molliti ſuper oleum[h] ſermones ejus,
Et ipſi mihi ſunt jacula.
i Eccl. 50. Sicut[i] OLIVA pullulans
k Pſalm. 44 Oleum[k] mihi lætitiæ,
Lucerna oculi mei,
l Cant. 4. Unguentum[l] primum,
m Iſaiæ 5. In uberi[m] decore filius olei,
n Cant. 5. Totus[n] deſiderabilis,
o Ibid. Amicus[o] meus.
p 3. Reg. 6. Ceù ſculpta in ligno[p] olivæ pictura
Cherubin,
q Proverb. 31. Quam pulcher es,[q] dilecte votorum
meorum.
Talis eſt, ò formoſa,
r Cant. 5. Dilectus[r] ex dilecto
JOANNES.
ſ Cant. 3. Inveniſti,[ſ] quem diligit anima tua;
Scilicet in JOANNE latens animi nitor
Extra erumpit in vultus;
Et arcanis coloribus intimæ formæ
imaginem Extimæ

Extimæ frontis aperta adumbrat in pagina.
Cave,
O quæ nimium vernas, adoleſcentia.
Floridi corporis nimium formoſa domus,
Formoſum ſæpiùs hoſpitem,
Inhabitantem animum deformat.
Bonum ambiguum,
Teneræ gratia formæ
Sibi ſæpiùs ingrata eſt,
Et ſuo ſe flore
Facilè deflorat
Genarum pubeſcentium vernantes roſæ
Doloſas tegunt ſpinas,
Eò planè robuſtiores,
Quo molliores.
Inſidioſi cupidinis ſagittariæ,
Dum alios pungunt,
Te ſimul facilè expungunt.
Oris candidi nives,
Dum corda aliena fervent accenſuræ,
Et ſe crebriùs accendunt;
Conceptiſque ab ardoribus
Mox corrupto candore,
In domo [a] pulveris
Facilè in ſordes degenerant.

[a] Micheæ 1

Chriſto-

Chriſtophoro Ptolemæo religioſiſſimo agnato ſuo nobilis adoleſcens educandus committitur in Cœnobio Divi Dominici Senis.

ELOGIUM VII.

Quidni tenerum germen ſanctitatis
Soror Religio amantiùs lactatura
Caſta ſtatim ad ubera recolligeret?
Decuit, florem lectiſſimum
a Cant. 4. Concluſo[a] in horto floridæ Religionis
Odoratis exemplis educari;
Quò vel Divini Amoris florida Mater
Pudicas [b] roſas ſuas
b Eccl. 24. E roſetis cœleſtibus potuit transferre
MARIA.
Sunt hæc Chriſtiana Tempe
Heſperidum pomariis pretioſiora,
Quæ non metuendus Draco,
Sed amabilis CANIS
Vigili latratu cuſtodit;
Nequè prohibet, aut arcet,
Sed blandior allicit, & invitat.
Sydereus iſte CANIS
Vario lumine diſcolor,
Et decentiſſimè maculoſus,
Vomit faces innoxias,

Atquè

Digitized by Google

Atquè florale ſolum vere perpetuo
vaporat:
Eruditricem Tui
Facilem, & amicam
Planè nactus es glebam,
O JOANNES;
Ut quæ tibi domeſticæ
Ptolemeæ Sanctitatis
Florido puerperio fœcundiſſima.
His & nunc floret in hortis,
Uti nominis nigri, ita claræ pietatis,
Candidum lilium,
[a] NERA.
Floret, & cultor tui,
Flos tiaræ,
[b] CHRISTOPHORUS.
Florent fratres formoſi
Cum [c] ANGELA,
JOANNES BAPTISTA.
Hinc enim mox erumpent ſuaves animas
inhalaturi,
Humilis viola
[d] BONAVENTURA
Sacræ contemptor religioſus dignitatis;
Et ſanguine, ac pietate verè germani,
[e] FRANCISCA,
Atque GHINOCCIA,
Atque JACOBUS,

Flores

[a] B. Nera Ptol. Ord. Præd.

[b] B. Chriſtoph. Ptol. Ord. Præd. Epiſcopus Sabbat.

[c] BB. Angela, & Jo. Baptiſta fratres Ord. Præd.

[d] B. Bonav Ptol. Ord. Præd.

[e] BB. Franciſca, Ghinoccia, & Jacob fratres de Ptol. Ord. Præd.

Digitized by Google

Flores quiſque lectiſſimi,
Tibi naſcendi ſorte,
Atquè vivendi gloria
Conjuncti, atquè cognomines.
Quin tibi agnatæ,
Et caſtè luxuriantis ſanctitatis
Etiam FRANCISCI cinis feraciſſimus.
Nempè florido è cinere vernaturi
[a] GHERARDUS,
Decoræ pretium nobile paupertatis;
Et matronarum decus, religioſa
[b] TOBIA,
Cœleſti Sponſo ſuo
Cognatum BERNARDINUM
Viduitate fœcunda paritura.
Deſcende jam [c] in hortum dilectæ tuæ
Ad areolam aromatum,
Ut paſcaris in hortis, & lilia colligas,
Communis amor,
Et gratiſſima cura;
Age, tenera planta,
Seculis omnibus profutura.
Amœno in viridario
Adoleſce deſerto.
Inter roſas
MARIÆ,
Et DOMINICI Lilia
Paſcere cœleſtis apicula,

Et

[a] B. Gherard. Ptol. Ord. S. Franciſci de Obſervantia.
[b] B. Thobia Ptol. S. Bernardini educatrix, & conſobrina, Ord. S. Frāciſci.
[c] Cant. 6.

Et lacteum ſugens rorem,
Melleam tibi elabora ſanctitatem.

Annum ætatis agens decimum quintum, ſummâ totius Patriæ acclamatione, Philoſophiæ, & Juris utriuſque Doctor renunciatur.

ELOGIUM VIII.

Credere potuere Pierides,
In te,
JOANNES,
Suum repubeſcere Apollinem;
Dum teneræ doctrinæ
Robuſtæ gloriæ
Totum Aoniũ nemus ambitioſas flecterent
in coronas.
Ipſa obſtupuit Minerva,
Quùm Socraticam togam
Molli in ephebo jungeret prætextæ,
Et gratulata eſt ſibi,
Uſque ad invidiam Veneris,
Doctum Amorem ſuum.
Potuiſti Tu docere,
Ubi vix alii diſcere.
Dum longa, & laborioſa ſcientiarum ludis
Olympia,

Prævolas, non præcurris,
Ut nequè medio cerni potueris in ſtadio,
Sed de carcere protinus metam attigeris.
An mentem ad graviora properantem
Levis Mundi ſapientia retardaret?
Exiguis hiſce in fontibus,
Longo ac gravi labore
Curta, & inania ingenia velificent;
Tu cœleſtis Sapientiæ,
Typhis nobilior,
Abyſſis profundiſſimis deſtinaris.
Te de cathedra Crucis
Sapientia Dei
Eruditura vocat.
Altior eſt iſta planè, ac longè difficilior
Philoſophia,
Quæ vel ipſi Magiſtro
Sudore ſtetit, & ſanguine.
Suum hinc coronaturus alumnum
Præparat ſpinas ſuas
In lauream immortalem evaſuras.

Digitized by Google

Ab Imperatore Rodulpho Eques Cæſareus creatur.

ELOGIUM IX.

Nobilem transfugam, jam fęderatum cęlo,
Ut ad ſuas partes adducat,
Per glorioſa ſtipendia mundus deſertus invitat.
Armat militem ſuum,
Animam auream ferro corrupturus.
Miſcet Romanis Aquilis
Pacificam Columbam
Conſortio bellicoſo cicurem efferaturus.
Eum non inter gregarios, aut triarios recenſet,
Sed regiis clarum titulis,
Et virtute clariorem,
Equeſtrem ultrò in ordinem redactum,
Inter duces enumerat.
Quid præter titulos inaniſſimos,
Et nomina ventoſa
Æolia ab aula expectares?
Ductor inanis
Levioris armaturæ militiam ſuam
Levioribus authorat ſtipendiis;
Et leviſſimè munerat,
Vel quùm armat.

Fruſtra tui pretio ferri
Contemptorem vel auri
Improba ambitio ſolicitas ;
Scilicèt benè utroque neſciat uti
JOANNES
Numinis ſtipendiarius, oppignerata fide,
Deo [a] debitus,
a Matt. 22. Non Cæſari,
b Paul. ad Rom. 13. Indutus [b] arma lucis militat cœlo inermis,
Quin bellorum, non author,
Sed abactor,
Armatam jam familiam meditatur
Sub candido vexillo paci militaturam.
Sacer cultor deſerti
c Iſaiæ 2. In vomeres [c] conflabit gladios tuos,
In falces lanceas tuas.
Non ſago chlamydandus,
Sed toga ;
Nec lauris Capitolii,
Sed ſertis Oliveti deſtinatus,
De bello debellato
d Apoc. 5. Sui ductore cum Agno [d] triumphaturus.

Delecta-

ELOGIUM X.

An non tibi jucunda ſit venatio,
JOANNES,
Una cui monſtra perdere, voluptas eſt?
Quidni totus amabilis
Feras belluarum animas perſequaris?
Pharetram[a] ſume, & arcum, *a Gen. 27.*
Et egredere in ſylvas.
Tua gaudet venatione cœleſtis Amor;
Scilicet ille quoque venator eſt.
In delicias innoxiæ voluptatis
Leviter alumnatos
Educat inter aſtra moloſſos ſuos,
Et ſtellata venabula
Cœleſtis vibrat Arctophylax.
Per venaticas machinas,
Caſſibus, igne, telis
Feras animas occupat, & fugitivas.
Abuſus ille tuæ opportunitate venationis
Te tuis manet in ſylvis,
Hic ſuos[b] abſcondit laqueos, *b Pſal. 63.*
Prædatorem incautum prædaturus.
Cœcus, & oculiſſimus ſagittarius
De frondoſis inſidiis[c] tẽdit jam arcum ſuũ. *c Jer. in threno 3.*
Ut capreæ[d] aſſimilatum, hinnuloque *d Cam. 18.*
cervorum B 3 In

Pſal. 63. In occultis [a] ſagittet.
Aſſueſce ſylvis,
Quò non præſes Diana;
Sed candidior invitat cultrix nemorum
innocentia.
Age, & pugnæ jocoſam per imaginem
Serio prolude certamini.
Quæ nunc nemora luſtras
Timidas, & fugaces ferarum animas
venaturus,
Mox robuſtior invades,
Cum monſtris immaniſſimis bellaturus.
Immanior Erymanthio
Exterminandus à te
Pſal. Fœdus [b] aper exterminans de ſylva;
Erunt hæc tibi nemora
In Capitolium;
Cant. 4. Hic de capite [c] Amana coronaberis,
De vertice Sanir, & Hermon,
De leonum cubilibus,
De montibus pardorum.

In

In ſodalitio Virginis Deiparæ, quod ſub Senenſi Noſocomio adhuc religioſiſſimè floret, ſua ponit tyrocinia ſanctitatis.

ELOGIUM XI.

Ab Aquilis Romanis
Amantiſſimus pacis
JOANNES
Cœleſtem ſeſe recipit ad [a] Columbam, [a] Cant. 2.
In foraminibus petræ,
In caverna maceriæ,
Ubi ſecura in terris nidificat.
Hic prophanis ſuſpenſis armis,
Trophæum inermi ſtatuit Religioni.
Ea ſolùm amans bella,
Quæ habent cœlites commilitones,
Caſta ad caſtra confugit;
Ad munitiſſimam turrim [b] David, [b] Cant. 4.
Quæ ædificata cum propugnaculis,
Mille undè pendent clypei,
Omnis armatura fortium.
Una manſuetudine loricatum
Suæ adſcribit militiæ
Pallas amabiliſſima
Veri Numinis Mater ſimul, & filia,
Terribilis [c] ut caſtrorum acies ordinata. [c] Cant. 6.
Induit hic [d] pro thorace juſtitiam, [d] Sap. 5.

Et pro galea judicium,
Scutumque inexpugnabile æquitatem.
[a] Cant. 5. Introductus[a] dilectus in domũ Matris ſuæ,
In electum cubiculum Genitricis ſuæ.
Hic focus caſti Amoris,
Et fervidæ officina charitatis;
Undè Mater caſtiſſima
Amori Filio ſuo
Liquidas faces ſuccendit,
Et ignea pacis tela
Dulce ſauciatura miniſtrat.
Providè hac ſacra in Ætna poſuit pietas Senenſis,
Nè unquam deferveſceret,
Publicæ fundamenta charitatis.
Hunc veſtræ focum Veſtæ,
Æternùm ſervaturi,
Cuſtodite Senenſes;
Quo tot Divini Solis[b] vicariis in ſyderibus
Cœlum Chriſtianum accenditur.

[b] Sodalitium Virginis Deip. ſub Sen. Noſocomio SS. Virorum fęcũdiſſimum.

Adhuc

Adhuc ætate minor electus Reipublicæ Senenſis ſupremus moderator, illam ſanctiſſimè, ac prudentiſſimè temperat.

ELOGIUM XII.

Quamvis [a] à regio ſtipite
Splendida tua familia germinaverit,
JOANNES,
Plus te nepote tamen,
Quàm regiis avis tuis
Patria Senenſis gloriatur.
Quia regnatrices artes novit tibi cõgenitas,
A' te gaudet impatiens,
Etiamſi vix adulto, temperari;
Et Filium adhuc tenerum
Pro patre ſibi poteſt adoptare.
Utcumque minor,
Viſus es illi major,
Immò maximus;
Et ætas cœteroqui impotens ſui
In te credita potens cœteros moderari.
Ab annis prætextatis
Vix ad virilem togam evocatus,
Senatorium in ordinem adſcriptus
Repoſceris ad trabeas conſulares;
Et à candore tuo
Ambit Senenſis purpura decorari.
Com-

[a] Familia Ptol. à Ptol. Regibus derivata.

Digitized by Google

Cõmiſſam tibi provinciam beare potuiſti,
Quùm regeres,
Et in aurei ſpem ſeculi
Pretioſus moderator erigere.
Utcũque, quotquot poteſt, coronas civicas
Patria officioſa
Fronti moderatrici rependat,
Adhuc pauciores dederit,
Quàm ipſe cives ſervaveris.
Prudentiſſimè ratus,
Populorum pietati
Regnorum fœderatam fœlicitatem,
Sanctis legibus promoves,
Caſtis firmas exemplis
Religionem,
Ut ſub religioſiſſimo Duce
Prophanos mores
Senenſis populus erubuerit.
Utcũq; tamen regia floreas adeò decenter
in purpura;
Suo cœlum candidato,
De niveis liliis tuis,
De lacteis aſtris ſuis
Chlamydem pretioſiorem colorat
Præparat tibi faſces
OLIVETUM
Mox cum Principe pacis regnaturo.
Anguſta hæc nimium tibi,
Quæ

Quæ claudit brevis tellus, imperia:
Aſtrorum luminoſa reſpublica,
Vaſti provincia cœli
Tuæ juſtiùs præfecturæ deſtinata.

Seculi ſui ſapientum facile princeps, patrià in Academia publicè docens, doctrinæ gloria univerſam implet Italiam.

ELOGIUM XIII.

Nè diſcede ab Hetruria,
Quicunque Stoan, ſivè Peripatum quæris;
Senas migrarunt Athenæ.
Jam ſacer vatum liquor,
Non Hippocrene,
Sed Arbia;
Et peregrino murmure Hetruſcas intra
ripas
Grandiùs Atticè ſonat.
Scilicèt Græca Pallas
Senenſis dici gaudet,
Quam extorrem
JOANNES,
Et excepit amantiùs, & ſuo lare donavit.
Floridum ad marginem Arbiæ
Palladiæ Olivæ cultor,
Amantis patriæ

Splen-

Digitized by Google

Splendori una laborat, & deliciis.
Nihil, infra pietatem, illi literis charius.
Genio amæniſſimo
Concors ſortitus ingenium,
Uti ſcientias aptum ad omnes,
Ita propenſum ad ſingulas
Unus JOANNES encyclopedia eſt;
Et unius una mens viri
Ingenia plura circumfert.
In profundiſſimo ſcientiarum omnium
pelago
Nobilis Typhis,
In labyrintho Theſeus,
Inter nodos Gordianos Alexander,
Et ſui ſeculi facilè Ædipus eſt.
Non patriæ modò,
Sed & Italiæ,
Immo Europæ univerſæ,
Commune factus oraculum
Populos omnes trahit
Patria ab exedra diſſerentem,
Veluti è tripode,
Avidiùs audituros;
Ut quæ de Hercule Gallico fabula fuit,
Senenſis eloquentiæ jam ſit hiſtoria.
Credas,
Os pretioſum dicentis adoptaſſe
Arcana terris Themidem loquuturam.

Ab

Ab inſoléti plauſu Fama ſtridula tempera,
Quo quamvis benè aurita
Miſerè obſurdeſcit mortalitas.
Monſtrum ambiguum,
Necas ſæpiùs,
Quos amas;
Et perdis,
Servatura.
Nimium ſonoræ gloriæ
Vita blanda pericula,
JOANNES.
Sagax Ulyſſes
Doloſam cave Syrenem,
Et ceris medicatis callidæ demiſſionis
Muni languidas aures,
Nè canoris inſidiis
Incautum facile interimat.

Vana doctrinæ gloria malè tumeſcens
à pietate deſciſcit.

ELOGIUM XIV.

Metueram.
Avidus ſapere[a] ſupra ſobrietatem
Heù deſipit
JOANNES
Et ebrius eſt.

a Paul. ad Rom. 12.

Vana

Vana mundi ſapientia
Mamma lactat inani catulos ſuos;
Et de vento glorioſo
Lautis paſcit jejuniis
Æternum oſcitantes chamæleontes ſuos.
Icaros infœlices
[a] Jerem. in threno 3.
Pennis fragilis auræ elevat [a] ſuper ſe
Lapſu ſtatim graviore ruituros.
Leviſſimo correptus contagio
Graviter laborat
JOANNES,
Et hydrope ventoſo dirè tumeſcens
diſrumpitur.
Inanis auræ
Vano conceptu gravidus
Fœcundus animus ſterileſcit;
Et tumidi Aquilonis perfido afflata ſpiritu
Florida decoxit amœnitas.
Mortalis;
[b] Lucæ 3.
Quid erit [b] in arundine,
[c] Pſal. 91.
Si vel Libani [c] cedros,
Quò blandior, eò minacior
[d] Zacch. 11.
Vertiginoſa [d] hæc aura proſternit?
[e] Oſee 4.
Quicunque [e] ventum ſeminas,
Turbinem metes.
Te luto tuo ſalubriter ſaburra,
Nè turbida jactatus jactantia
Naufragum deindè te lugeas.

Turbido

Turbido hoc halitu,
Quem [a] de caminis ſuis
Fumidus avernus expirat,
Suos afflat candidatos;
Et fumo initiat
Igni deſtinatos.
Levis gravitat vanitas;
Et dum te ſurſum tollit,
Senſim deorſum impellit.

[a] Apoc. 9.

Cœcitate improviſa divinitùs percuſſus reſipiſcit.

ELOGIUM XV.

Fumoſa ambitio
Militi ſuo dignum præbuit ſtipendium,
Cœcitatem.
Quidni concepto ſpiritu vertiginis
Graves protinùs oculi caligarent?
Qui declinat à Sole,
Quid præter noctem inveniat?
Aſt, ò cœcum oculatiſſimum
Umbrarum tyrocinio initiatũ ad lumina!
Tenebras,
Lucis [b] ſemina
Quis crederet?
Venenum oculorum,
Caligo

[b] Paul. ad Cor. 6.

Digitized by Google

Caligo

a Apoc. 3. Ocularis in collyrium[a] mirè converſa

b Pſal. 106. Reducit[b] aberrantem in vias rectas,

Viſumque emendatura,

Mutat lucem,

Non adimit.

c Joan. 1. Lux vera[c] illuxit in tenebris;

Et tenebræ eam comprehenderunt.

d Jud. 16. Cœcatus[d] Sampſon,

Mole ambitionis excuſſa,

Ruina triumphali

e Paul. ad Coloſſ. 3. In ſe[e] veterem hominem,

Et inimica Tartara oppreſſit.

f Cant. 3. Quærit ille[f] per noctem,

Quem diligit anima ſua;

g Pſalm. 17 Et, nocte[g] indigitante,

Solem amiſſum invenit.

h 3. Reg. 8 Nempè[h] habitat in nebula Dominus.

Fuit hæc,

JOANNES,

i Pſalm. 138. Non tibi[i] illuminatio in deliciis tuis.

l Job. 29. Fuit tibi[l] oculus cœco

Cœcus amor.

Ambulat[m] ille in tenebris,

m Job. 24. Quaſi in luce

Arcanus furax cordium.

n Job. 36. Extendit[n] nubes, quaſi tentorium ſuum,

Doloſus ſagittarius,

Indè

Indè face fulminea fulguraturus.
Roridum in te cœlum
Nebulam,[a] ſicut cinerem ſpargit. a Pſalm. 147.
Super te [b] nubes ſuas b Pſalm. 104.
In protectionem expandit,
Eliquandas in pluviam lachrymarum
Corruptos oculos deterſuram.
Media [c] ad te nocte c Matt. 25.
Sponſus luminum venit;
Cujus amantis cor,
Non in uno [d] oculorum, d Cant. 4.
Sed planè exoculatus
Decora in cæcitate vulneraſti.
Ad mortalis præſtigias lucis oculos claude,
Quicunque lucem amas immortalem.
Nempè nonniſi de extinctis terreni amoris
facibus
Pudicas tedas ſuas
Amor cœleſtis accendit.

Solitariam vitam vovens amiſſum oculorum uſum à Virgine Deipara recuperat.

ELOGIUM XVI.

Benè eſt.
En nova [e] aſpirat dies, e Cant. 2.
Et inclinantur umbræ.
C Properat

Digitized by Google

[a] Cant. 6. Properat cœleſtis [a] aurora,
Solem,
Quem dies ſuſtulerat,
De luminoſa nocte redditura.
Utcunque tamen properet,
Eam Sol exortus,
Quinimò & jam adultus,
præcurrit.
Natus ille videlicet
Eoo de fluctu cordis lachrymantis
[b] Joan. 4. Per ſalientes [b] liquores ad oculos aſcendens,
Jam indè meridianus ſcintillat.
[c] Joan. 9. Linivit [c] ſuper oculos
JOANNES
Lutum ſuum;
Et lavit eos in natatoria Siloë;
Et vidit.
[d] Pſalm. 18 Nempè [d] præceptum Domini lucidum
Cœcos illuminat oculos,
O vel ad aurei Gangis invidiam
Pretioſiſſimum amnem lachrymarum;
Qui diem extinctam
Per liquidos ardores accendis!
Vitale ò nectar gratiæ
Candido in puerperio lacteſcentis,
Quo renaſcens in terris
Cœli lactatur Amor!
O gemmeas guttas

Cœli

Cœli e Galaxia pluvias,
Quibus, quæ aruerat antea,
Iterum vernatura,
Refloreſcens gemmaſcit innocentia!
Extinctam[a] lampadem ſuam, — a Matt. 25.
JOANNES,
Igneo hoc liquore ſuccendit;
Et ne ultra extingui valeat,
Anhelat Olivetum;
Undè redditæ luci
Perpetuum alimentum ſuppeditet.

Diſcipulis novas, atque curioſas, uti antè cæcitatem promiſerat, ab eo theſes expectantibus, de vanitate rerum terrenarum, & Seculi contemptu, jam in Eremum ſeceſſurus, in Senenſi Lycæo religioſiſſimam concionem habet.

ELOGIUM XVII.

Vanitas[b] vanitatum, & omnia vanitas. — b Eccl. 1.
Antiquiſſima veritas,
Ut quæ mundo naſcenti congenita,
Humanæ vitio mentis,
Adhuc noviſſima eſt.
Utinam nova & mihi non fuiſſet,

Potuit hanc mihi nuper
Magiſtra clarè cœcitas explicaſſe.
Quãdo enim clariùs nihilum diſcernerem,
Quàm quum cœcus?
[a] Job 30. Elevavit in nebula[a] veritas vocem ſuam,
[b] Job 35. Et dedit mihi[b] lucidũ hoc carmen in nocte.
Uno hoc in poſterum apophtegmate
Mea tota claudetur philoſophia.
Amuſſis hæc,
Et veritas veritatum;
Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.
Inquieta inanis capitis vertigo,
Et peſſima occupatio,
Ac larvatæ mendacium veritatis,
Mundi ſplendidè errantis
[c] Paul. ad Rom. 1. [c]Vana apage ſapientia.
Me juvat hoc unum ſcire,
Omnia præter JESUM neſcire.
Apage leviſſima gloria,
Fugacis auræ
Tranſeunti cum ſonitu peritura.
Mihi ſemina gloriæ
Patibulatæ divinitatis opprobria.
Mortalia cuncta,
Abite;
[d] Pſal. 72. Splendida ſomnia[d] male vigilantium,
[e] Sap. 5. Bullæ evanidæ[e] pelagi ſpumantis,
Et vitrea bona

Sonoras

Sonoras in ruinas protinus abitura.
Mea poſthac cura,
Cœlum;
Ubi nunquam ſeneſcens,
Semper pubeſcit
Æternitas.
Quid cœlo deſtinatos,
Heù pro nihilo [a] habentes terram — *a Pſalm. 105.*
deſiderabilem,
Occupat terræ punctum?
Et in aperto Sole, ac meridiano,
Vero [b] rebelles lumini, — *b Job 24.*
Pertranſeuntis [c] ſcintillę atomo fulgurięti, — *c Iſaiæ 29.*
Atquè [d] ſtupæ favilla — *d Iſaiæ 1.*
Detinemur?
Cur ponimus [e] mendacium ſpem noſtram, — *e Iſaiæ 28.*
Et ſiccis terris naufragi
Dilabentibus fluctibus hæremus,
Nos una ſecum miſerè perdituris:
Portuoſa ab arca Crucis
Stabiliſſimam tabulam habituri?
De inciſa [f] arbore vitæ, — *f Apoc. 22.*
Non uno è fonte
Gaudii perennis flumina promanant:
Cur improbo labore fatigamur
De ſcopulis pumiceis expreſſuri,
Citò exſiccandam,
Aridiſſimæ ſtillam voluptatis?

O chara vale Patria:
Me ſuo de ligno meus vocat in ſylvas
Amor.
Mendaciſſimæ cathedræ
Valete:
Me [a] de magiſtro erroris
Factum diſcipulum veritatis
Juvat cathedra Crucis,
Ita cum oculis
Mutata quoque lingua
Ad lachrymarum clepſydram
Sua perorat è cathedra
JOANNES.
Et circumfuſa patria;
Uti gaudet de cœco
Jam videntem;
Ita amiſſura dolet
Sic loquentem.

[a] S. Leo Papa Serm. 1.

Univerſa bona ſua piè diſtribuit in pauperes.

ELOGIUM XVIII.

Apage
Aurum, ferro nocentius.
Inopes opes,
Irritamenta malorum,
Abite

Digitized by Google

Abite.
Dives mihi ſupellex,
Quæ nudo in Deo
Pretioſa cæpit eſſe, mendicitas.
Nudum jam nudus ſequar.
Cœlum quolibet pretio conſtat benè.
Sic loquitur
JOANNES.
Et uti lucri tenax,
Ita prodigus auri,
Locuples patrimonium, jactura quæſtuoſa,
Copioſiùs fundit in pauperes;
Suæ regenerationis fauſto, feſtoque die
Spargens miſſilia.
Providus [a] negotiator
Optimam margaritam
Omnibus bonis ſuis,
Pretioſam benè comparat egeſtatem:
Cœleſtis trapezita,
Verſura compendioſa,
Cœno commutat
Cœlum,
Et fluxas opes
Æternis.
Solers agricola
Seminat auro terras
Aſtra meſſurus in cœlo.
Se jactu generoſo

[a] Matt. 13.

Mer-

Mercibus terrenis exonerat,
Ad fortunatas inſulas cœli
Terreno è littore ſoluturus.
Tota ſobriè vivendo ſubſtantia diſſipata,
a Lucæ 15. Benè [a] prodigus filius,
Redux amantem Patrem
Decora paupertate ſolicitat;
Et veſte etiam profuſa,
Nudus, decoctor nobilis
Induitur ſtola prima;
Suæ pretium decoctionis
Patris opulentiſſimi
Ex aſſe hæreditatem recepturus.
Aureo pulvere ſordida
Quid opes lutulentas,
Per inania compendia,
Improba nundinaris avarities?
b Habac. 2. Et aggravas [b] contra te lutum tuum?
Age,
Et abjecto mercimonio poſthabito,
Nobilioribus curis
Cœlum
Solicita negociare.
Nempè non multi pretii,
Nuda ſub haſta Crucis
Minima planè auctione licitanti
Vili mendicitate venale eſt.
Vera ſi lucra juvant,

Quas perditura ſervas,
Depone[a] in menſa cœli pecunias. [a] Lucæ 12.
Fidus reſponſor Deus,
Quod quæſtoribus ſuis,
Pauperibus credideris,
Tempore fęnerali, fidem liberaturus,
Centeſimis,[b] & cum anatociſmo reſtituet. [b] Matt. 19.

In Eremum Accona ſecedit.

ELOGIUM XIX.

Jam terrenarum jactu ſarcinarum
Subducit ſe naufragio
JOANNES,
Et declinans ab urbe,
Velut à ſcopulo,
Unica nudæ Crucis
Vitali arrepta tabula,
Portuoſam ad Eremum nudus appellit.
Ut ad ſe propiùs accedat,
Procul recedit à ſuis,
Et ne cogatur peccare ingratus
In Patrem,
Subita defectione, ſanctè peccat
In Patriam;
Nobile per exilium
Patrium tendit in cœlum;
Atque

Atque decora fuga
Securæ jam proludit victoriæ,
Properat,
Nè ſylveſcat,
In ſylvas;
Ut ſi quid inter homines
Ferinum fortè didicerat,
Dediſcat inter feras,
Quas ſibi urbanis monſtris autumat
urbaniores.
[a] Apoc. 12. Aquila [a] magna
Suas dedit alas pavidæ columbæ,
Ut à facie Draconis volaret in deſertum,
in locum ſuum.
O' fuge turbas,
Fuge,
Quiſquis ſacrum venaris Amorem.
Age,
[b] Cant. 7. Egredere [b] in agrum, in villis commorare.
[c] Cant. 2. Aſſimilatus ille [c] capreæ, hinnuloque
cervorum;
Venit, ſaliens in montibus,
Atque deſertos colles tranſiliens.
[d] Cant. 3. Per [d] vicos, & plateas
Fruſtra dilectum quæras.
Quæres,
Sed non invenies;
Nam non urbicum germen,
Flos

Flos[a] campi.
Quæ in horto voluptatis
Plantata primum
Sola floruit fęliciter innocentia,
Perfida[b] ſocietate
Protinùs violata decoxit.
Feraciſſima hæc planta
Fit per divortia fœcundior
Caſta hæc Deorum mater,
Non ut Cybele turribus,
Sed Leonum cubilibus,[c] & montibus
Pardorum coronatur.
Videlicet[d] trayciendum deſertum
Ex Ægypto venientibus,
In fortunatas oras
Lacte, ac[e] melle manantes
Tranſmiſſuris.

[a] Cant. 2.
[b] Genes 3.
[c] Cant. 4.
[d] Exod.
[e] Bacuc 1.

Secedentem in Eremum ſequuntur Ambroſius Picolomineus, & Patritius de Patritiis, religione æquè, ac ſanguine præſtantiſſimi.

ELOGIUM XX.

Quidni aſtrum princeps
Splendidi ſtiparent ſatellites?
Splendidæ humilitati

In

Digitized by Google

In glorioſo diſceſſu
Decuit, adjungi comites
Patritios ſuos.
Dum de cathedra tua
Pro neglecta deſertæ Crucis cauſa
Viriliter declamares,
JOANNES,
Viſa eſt hæc adeò dura philoſophia,
Ut de copioſo diſcipulorum numero,
Vix duos inveneris ſectatores.
Veritati videlicèt,
Quia non palpat,
Sed pungit,
a Pſal. 11. Accomodatas[a] aures mundus non habet.
Quinimmò parit odia,
Non conciliat amores.
In nundinis vanitatis,
O bone JESU,
Merx nobilis,
Crux tua,
Quamvis tui pretio ſanguinis pretioſiſſima,
Adhuc tamen negligitur,
Quia non agnoſcitur.
Peſſimi mercatores,
b Pſal. 6. Filii[b] mendaces hominum,
Uti oneroſam nimis,
Reyciunt à leviſſimis ſtateris ſuis.
Denſa turmatim ruit,
Ut

Ut ſe [a] coronet roſis, [a] Sap. 2.
Ad luxuriantia prata voluptatis.
Delicioſa mortalitas:
At o quam [b] pauci aſcendunt montem myrrhæ, [b] Cant. 4.
Ibi lecturi tecum ſpinas tuas?
Meretricium ad [c] poculum [c] Apoc. 17.
Populis undequaque confluentibus,
Dum fervent viæ latiſſimæ Babylonis;
Proh quàm pauci ſuperſũt ſemitis anguſtis deſerti
Amarum tecum calicem guſtaturi?
Nobiles animæ,
Quas in ſplendidam Crucis ſocietatem
Virtus cognata coegit,
Agite,
Ad gratiæ nundinas
Solitaria in eremo properate.
Numero & hæc impare gaudet;
Nec plures tribus
Habet & ipſa gratia
Gratias ſuas,
Quibus deſerti montis in receſſu
Detegat [d] gloriam ſuam. [d] Matt. 17.
Ite [e] puſillus grex [e] Lucæ 12.
Ad lætiſſima paſcua
In monte [f] Sancto Dei, [f] Ezech. 34
Ubi & cœleſtis paſcitur agnus.
Utcunque

a Pſal. 104 Utcunque [a] parva,
I lectiſſima manus,
b Judicum 7. In lumine, [b] & clangore
Superba caſtra Madian everſura.
c Iſaiç 5. Habet Deus [c] exercituum
Suo delectum in milite;
d Daniel 5. Quem [d] ponderat,
Non numerat.
Age exigua familia,
e Pſalm. 4. Multiplicanda [e] à fructu copioſi
OLEI tui;
f Geneſ. 12 In gentem magnam [f] ſtatim evaſura,
g 1. Petri 2 In numeroſum populum [g] acquiſitionis.

Mutat nomen Joannis in Bernardum.

ELOGIUM XXI.

Receſſurus à Mundo,
A quo perfidè exceptus,
h Lucæ 9. Jam non pulverem [h] modò,
Sed ipſo levius pulvere
Nomen etiam excuſſit;
Jam nova, & ſublimiori initiādus doctrina,
Primæ,
Vel prima nomina dedidiſcit;
Et purgatiori idiomate loquuturus
Ipſa etiam novat vocum elementa.
Refor-

Reformaturus ſeſe,
Ipſo incipit à nomine;
Et[a] ut ſit totus azimus,
Vel leviſſimæ vocis
Vetus fermentum expurgat.
Ad harmonicum[b] decachordum ſuum
Sacer ſylvarum Orpheus
Benè modulaturus,
Requirens[c] modos muſicos,
De male modulato
Diſcordis ſeculi choro,
Nec vocem unam probat.
Joannis nomen,
Utcunque reſonans gratiam,
Adhuc ingratum ſonat;
Seù quod veterem hominem
Novis graviter auribus reſonaret;
Seù quod Anachoretæ cognominis
Infans Anachoreſis
Quadragenario ſibi
Sanctum pudorem incuteret.
BERNARDI
Mores
Induit adeò cum nomine;
Ut ſuſpicari poſſis,
Claravallenſem aſcetam
In aſcetam Acconæ
Decora metempſychoſi demigraſſe;
Niſi

[a] Paul. 1. ad Cor. 5.

[b] Paul. 91.

[c] Eccl. 44

Niſi in novo BERNARDO
Habeat jam, quod Hetruſcæ
Gallica anachoræſis invideat.
O quiſquis mortuus terrę,
Poſthumus tui,
Obſtetricante gratia,
Cœlo fęliciùs renaſceris;
Perfecta anteactæ vitæ abolitione
Novus ex aſſe renaſcere,
[a] Zacc. 3. Atque totus induere [a] mutatoriis.
Obliviſcere prorſus,
Quod fuiſti;
Nè poſſis obliviſci,
Quod es.
Viarum antiquarum
Si vel leviter emicent non benè obliterata
veſtigia,
Nova te retrahent à via.
Crede,
Et ſanati vulneris
[b] Jer. 8. Vulnerat adhuc nō benè obducta cicatrix.
Emendatæ memoria voluptatis
Eſt ipſa voluptate non innocentior;
Et tenerum candorem cordis adhuc ãbigui
Ipſa ſordis deterſæ, licèt languidior,
Fœdare poteſt imago.
Extinctæ voluptatis
Gelidus etiam cinis doloſus eſt.

Lacero

Lacero ſacco ſemiamictus ferè nudus deſertum colit.

ELOGIUM XXII.

Victor inſolens amor,
Tulit[a] & pallium tuum, — a Cant. 5.
BERNARDE,
Et vulneravit te.
In ſolatium ardoris,
Quem ignito de vulnere contraxiſti,
Cogeris,
Te nudare,
Et nudum ſpolium traheris
Nudo à victore tuo.
Baptizandus[b] baptiſmo pœnitentiæ — b Marci 1.
Te ad ſalutare balneum
Initias nuditate.
Athleta nobilis
Evocatus ad luctam,
Ut omne ſpolium doloſo adimas hoſti,
Impedimenta veſtium providus exuis,
Et inungendo tibi
Nudus incolis Olivetum.
Ut theſauros arcanos,
Quos in te claudis,
Rapaci à graſſatore cuſtodias
Tegis te nuditate,

 Simulans

Simulans cautè mendicitatem in via.
Aurea refloruit ætas,
Dum in deſerto,
Suo nempè in paradiſo,
Nuda ſecuriùs habitat innocentia.
[a] Jer. 18. Auro tege [a] contexto lutum tuum,
Et ſub ſerico vellere ſplendidè trabeata
Pretioſa vermis ſarcinatoris induſtria,
[b] Iſaiæ 1. Stupea [b] ſuperbi mortalitas.
Mors nuda
Larvam detrahet.
[c] Iſaiæ 14. Sternetur [c] ſub te tinea,
Et tuum operimentum erunt vermes.

Bernardi cellulam arboribus in Eremo conſtructam protinùs mali Dæmones evertunt.

ELOGIUM XXIII.

Superni fulminis,
Et inferni,
Proh quàm diſcors natura eſt!
Ferit illud ſublimia,
Hoc impetit humilia;
Diſſipat illud,
Quæ reſiſtunt deſcenſui;
Hoc,

Quæ prohibent aſcenſum.
Nempè cœleſtem flammam
Premit,
Quiſquis aſcendit;
Infernam,
Qui deſcendit.
Quidni protinùs igitur levis ignis Averni
Per accenſos cuniculos
Tugurii tui,
BERNARDE,
Prementia pondera excuteret?
Propriæ ad ſuperbiam uſquè fortitudinis
Ridet inermis humilitas,
Ad infirma ſtativa diripienda,
Stygem totam exciri;
Et in oppugnatione
Fragilis, ac male materiati tentorii ſui
Erebi laborantis
Populum impotentem fatigari.
Sylveſtrem caſam
Pauperis artificii procuratione incurioſa
Obvio, ac plebejo ceſpite contextam
Illico [a] fędus aper [a] Pſal. 79.
De ſylva excitus exterminat,
Et ferus ſingularis
Larem frondoſum depaſcitur.
Decora [b] tabernacula Cedar, [b] Cant. 1.
Et pelles Salomonis

 Statim

Statim, impete facto, Babylon inimica
Subvertit.
a Joann. 10 Rabidus [a] Lupus,
b 1. Petri 5 Dum circuit [b] in deſerto gregem quærens,
Quem devoret;
Voracitatis ſuę,
Et fruſtratæ in ſolatium feritatis
Nec ipſi parcit
Mendico [a] tabernaculo paſtoris.
c Cant. 1. In humili ruina contritæ domus
Adhuc ridet
BERNARDUS.
Nempè viator providus,
Non de domo ſolicitus,
Sed de via.
Utcunque terrena cuncta ruant,
Impavidum non feriant ruinæ.
Scilicèt illi ſatis,
Æthereas ſibi domos,
Et ſarta tecta ſydera ſervari.
Non alio tecto capax,
Quàm cœlo tegi,
Anguſti tecti carcere diſiecto,
d Pſalm. 17 Gaudet [d] in latitudinem educi.
Jam cœleſtem Hieruſalem,
e Pſal. 83. Atquè dilecta [e] cœli tabernacula,
Libero obtutu proſpicit;
f Cant. 2. Nec ultra [f] poſt parietem,
Aut

Aut per cancellos.
Everſa domo extorris
Dilectæ ſuæ [a] ſtat ad oſtium, [a] Cant. 5.
Et pulſat.
Impatientes ſub dio cunctanti narrat
amores;
Quia madet expectanti caput rore,
Et crines guttis noctium.
Virtus [b] illi protectio, [b] Iſaię 4.
Hæc ab æſtu in umbraculum;
Hæc in ſecuritatem, & abſconſionem
A procelloſo turbine, & à pluvia.
Improvidi mortales,
Cur obliti [c] Hieruſalem [c] Pſal. 136.
In terra aliena domos momentaneas
Improbo labore curamus,
Atquè contextas [d] paleis luto caduco [d] Ezech. 13.
linimus?
Quid noſtra tabernacula fundamus,
Tanquam non diſceſſuri,
Dum pertranſimus, in via?
Scilicèt non eſt bonum, [e] nos hic eſſe. [e] Lucæ 9.
Hic domicilium [f] permanẽs non hábemus, [f] Paul. 2. ad Cor. 5.
Sed fu turum inquirimus.

In glorioſo diſceſſu
Decuit, adjungi comites
Patritios ſuos.
Dum de cathedra tua
Pro neglecta deſertæ Crucis cauſa
Viriliter declamares,
JOANNES,
Viſa eſt hæc adeò dura philoſophia,
Ut de copioſo diſcipulorum numero,
Vix duos inveneris ſectatores.
Veritati videlicèt,
Quia non palpat,
Sed pungit,
[a] Pſal. 11. Accomodatas [a] aures mundus non habet.
Quinimmò parit odia,
Non conciliat amores.
In nundinis vanitatis,
O bone JESU,
Merx nobilis,
Crux tua,
Quamvis tui pretio ſanguinis pretioſiſſima,
Adhuc tamen negligitur,
Quia non agnoſcitur.
Peſſimi mercatores,
[b] Pſal. 6. Filii [b] mendaces hominum,
Uti oneroſam nimis,
Reyciunt à leviſſimis ſtateris ſuis.
Denſa turmatim ruit,

Ut

Ut ſe [a] coronet roſis, [a] Sap. 2.
Ad luxuriantia prata voluptatis.
Delicioſa mortalitas:
At o quam [b] pauci aſcendunt montem myrrhæ, [b] Cant. 4.
Ibi lecturi tecum ſpinas tuas?
Meretricium ad [c] poculum [c] Apoc. 17.
Populis undequaque confluentibus,
Dum fervent viæ latiſſimæ Babylonis;
Proh quàm pauci ſupersũt ſemitis anguſtis deſerti
Amarum tecum calicem guſtaturi?
Nobiles animæ,
Quas in ſplendidam Crucis ſocietatem
Virtus cognata coegit,
Agite,
Ad gratiæ nundinas
Solitaria in eremo properate.
Numero & hæc impare gaudet;
Nec plures tribus
Habet & ipſa gratia
Gratias ſuas,
Quibus deſerti montis in receſſu
Detegat [d] gloriam ſuam. [d] Matt. 17.
Ite [e] puſillus grex [e] Lucæ 12.
Ad lætiſſima paſcua
In monte [f] Sancto Dei, [f] Ezech. 34
Ubi & cœleſtis paſcitur agnus.

a Pſal. 104 Utcunque [a] parva,
I lectiſſima manus,
b Judicum 7. In lumine, [b] & clangore
Superba caſtra Madian everſura.
c Iſaię 5. Habet Deus [c] exercituum
Suo delectum in milite;
d Daniel 5. Quem [d] ponderat,
Non numerat.
Age exigua familia,
e Pſalm. 4. Multiplicanda [e] à fructu copioſi
OLEI tui;
f Geneſ. 12 In gentem magnam [f] ſtatim evaſura,
g 1. Petri 2 In numeroſum populum [g] acquiſitionis.

Mutat nomen Joannis in Bernardum.

ELOGIUM XXI.

Receſſurus à Mundo,
A quo perfidè exceptus,
h Lucæ 9. Jam non pulverem [h] modò,
Sed ipſo levius pulvere
Nomen etiam excuſſit;
Jam nova, & ſublimiori initiãdus doctrina,
Primæ,
Vel prima nomina dedîſcit;
Et purgatiori idiomate loquturus
Ipſa etiam novat vocum elementa.
Refor-

Reformaturus ſeſe,
Ipſo incipit à nomine;
Et[a] ut ſit totus azimus,
Vel leviſſimæ vocis
Vetus fermentum expurgat.
Ad harmonicum[b] decachordum ſuum
Sacer ſylvarum Orpheus
Benè modulaturus,
Requirens[c] modos muſicos,
De male modulato
Diſcordis ſeculi choro,
Nec vocem unam probat.
Joannis nomen,
Utcunque reſonans gratiam,
Adhuc ingratum ſonat;
Seù quod veterem hominem
Novis graviter auribus reſonaret;
Seù quod Anachoretæ cognominis
Infans Anachoreſis
Quadragenario ſibi
Sanctum pudorem incuteret.
BERNARDI
Mores
Induit adeò cum nomine;
Ut ſuſpicari poſſis,
Claravallenſem aſcetam
In aſcetam Acconiæ
Decora metempſychoſi demigraſſe;
Niſi

[a] Paul. 1. ad Cor. 5.

[b] Paul. 91.

[c] Eccl. 44

Niſi in novo BERNARDO
Habeat jam, quod Hetruſcæ
Gallica anachoræſis invideat.
O quiſquis mortuus terrę,
Poſthumus tui,
Obſtetricante gratia,
Cœlo fęliciùs renaſceris;
Perfecta anteactæ vitæ abolitione
Novus ex aſſe renaſcere,
[a] Zacc. 3. Atque totus induere [a] mutatoriis.
Obliviſcere prorſus,
Quod fuiſti;
Nè poſſis obliviſçi,
Quod es.
Viarum antiquarum
Si vel leviter emicent non benè obliterata
veſtigia,
Nova te retrahent à via.
Crede,
Et ſanati vulneris
[b] Jer. 8. Vulneratadhuc nō benè obducta cicatrix.
Emendatæ memoria voluptatis
Eſt ipſa voluptate non innocentior;
Et tenerum candorem cordis adhuc ãbigui
Ipſa ſordis deterſæ, licèt languidior,
Fœdare poteſt imago.
Extinctæ voluptatis
Gelidus etiam cinis doloſus eſt.

Lacero

Lacero ſacco ſemiamictus ferè nudus deſertum colit.

ELOGIUM XXII.

Victor inſolens amor,
Tulit[a] & pallium tuum, a Cant. 5.
BERNARDE,
Et vulneravit te.
In ſolatium ardoris,
Quem ignito de vulnere contraxiſti,
Cogeris,
Te nudare,
Et nudum ſpolium traheris
Nudo à victore tuo.
Baptizandus[b] baptiſmo pœnitentiæ b Marci 1.
Te ad ſalutare balneum
Initias nuditate.
Athleta nobilis
Evocatus ad luctam,
Ut omne ſpolium doloſo adimas hoſti,
Impedimenta veſtium providus exuis,
Et inungendo tibi
Nudus incolis Olivetum.
Ut theſauros arcanos,
Quos in te claudis,
Rapaci à graſſatore cuſtodias
Tegis te nuditate,

Simulans cautè mendicitatem in via.
Aurea refloruit ætas,
Dum in deſerto,
Suo nempè in paradiſo,
Nuda ſecuriùs habitat innocentia.
[a] Jer. 18. Auro tege [a] contexto lutum tuum,
Et ſub ſerico vellere ſplendidè trabeata
Pretioſa vermis ſarcinatoris induſtria,
[b] Iſaiæ 3. Stupea [b] ſuperbi mortalitas.
Mors nuda
Larvam detrahet.
[c] Iſaiæ 14. Sternetur [c] ſub te tinea,
Et tuum operimentum erunt vermes.

Bernardi cellulam arboribus in Eremo conſtructam protinùs mali Dęmones evertunt.

ELOGIUM XXIII.

Superni fulminis,
Et inferni,
Proh quàm diſcors natura eſt!
Ferit illud ſublimia,
Hoc impetit humilia;
Diſſipat illud,
Quæ reſiſtunt deſcenſui;
Hoc,

Quæ

Quæ prohibent aſcenſum.
Nempè cœleſtem flammam
Premit,
Quiſquis aſcendit;
Infernam,
Qui deſcendit.
Quidni protinùs igitur levis ignis Averni
Per accenſos cuniculos
Tugurii tui,
BERNARDE,
Prementia pondera excuteret?
Propriæ ad ſuperbiam uſquè fortitudinis
Ridet inermis humilitas,
Ad infirma ſtativa diripienda,
Stygem totam exciri;
Et in oppugnatione
Fragilis, ac male materiati tentorii ſui
Erebi laborantis
Populum impotentem fatigari.
Sylveſtrem caſam
Pauperis artificii procuratione incurioſa
Obvio, ac plebejo ceſpite contextam
Illico [a] fędus aper [a] Pſal. 79.
De ſylva excitus exterminat,
Et ferus ſingularis
Larem frondoſum depaſcitur.
Decora [b] tabernacula Cedar, [b] Cant. 1.
Et pelles Salomonis

 Statim

Statim, impete facto, Babylon inimica
Subvertit.
a Joann. 10 Rabidus[a] Lupus,
b 1. Petri 5 Dum circuit[b] in deſerto gregem quærens,
Quem devoret;
Voracitatis ſuę,
Et fruſtratæ in ſolatium feritatis
Nec ipſi parcit
Mendico[c] tabernaculo paſtoris.
c Cant. 1. In humili ruina contritæ domus
Adhuc ridet
BERNARDUS.
Nempè viator providus,
Non de domo ſolicitus,
Sed de via.
Utcunque terrena cuncta ruant,
Impavidum non feriant ruinæ.
Scilicèt illi ſatis,
Æthereas ſibi domos,
Et ſarta tecta ſydera ſervari.
Non alio tecto capax,
Quàm cœlo tegi,
Anguſti tecti carcere diſiecto,
d Pſalm. 17 Gaudet[d] in latitudinem educi.
Jam cœleſtem Hieruſalem,
e Pſal. 83. Atquè dilecta[e] cœli tabernacula,
Libero obtutu proſpicit;
f Cant. 2. Nec ultra[f] poſt parietem,

Aut

Aut per cancellos.
Everſa domo extorris
Dilectæ ſuæ [a] ſtat ad oſtium,
Et pulſat.
Impatientes ſub dio cunctanti narrat
amores;
Quia madet expectanti caput rore,
Et crines guttis noctium.
Virtus [b] illi protectio,
Hæc ab æſtu in umbraculum;
Hæc in ſecuritatem, & abſconſionem
A procelloſo turbine, & à pluvia.
Improvidi mortales,
Cur obliti [c] Hieruſalem
In terra aliena domos momentaneas
Improbo labore curamus,
Atquè contextas [d] paleis luto caduco
linimus?
Quid noſtra tabernacula fundamus,
Tanquam non diſceſſuri,
Dum pertranſimus, in via?
Scilicèt non eſt bonum, [e] nos hic eſſe.
Hic domicilium [f] permanês non hâbemus,
Sed fu turum inquirimus.

[a] Cant. 5.
[b] Iſaiæ 4.
[c] Pſal. 136.
[d] Ezech. 13.
[e] Lucæ 9.
[f] Paul. 2. ad Cor. 5.

Digitized by Google

Fodinâ pretioſiori jam facta es.
O glebam fœliciſſimam!
In qua theſauros ſuos
Potuit ſolicita copiosè condidiſſe
innocentia.

Quam incolit ſpelunca in ſpeciem ſepulchreti
humanorum cadaverum exuviis
horrenda.

ELOGIUM XXV.

Quid exhorreſcis locum,
Viator?
Factus de capitolio mortis
Paleſtra vitæ.
Nigra hæc mortis ſupellex,
Miris, ſed veris modis,
In uſum vitæ converſa eſt.
Stillant arida hæc oſſa
Vitalem rorem;
Et de ſterili ſemine languidi cineris
Meſſis læta luxuriat vivaciſſimę æternitatis.
In hoc, quod aſpicis,
Sepulchreto,
BERNARDUS
Sanioris aſſecla philoſophiæ
Novam ſcholam aperuit,
Ubi

Ubi, morte magiſtra,
Docet artes vivendi.
Legere poteſt
Arcana vitæ verba
In aperta pagina mortis.
Noſtræ tragædiam vitæ,
Ubi fæliciùs,
Quàm luctuoſa daret in ſcena?
Ut benè claudat fabulam,
Illius ſupremo in actu
Vitam totam exercet;
Et ne deſinat vivere,
Dum moritur;
Mori incipit,
Dum vivit:
Quem mortis timeat gradum,
Qui morti conſepultus
Vivere conſuevit in pheretro?
Navigaturus in Cœlum,
Suo ſe ſaburrat cinere;
Et fluctuantis animi levitatem
Extremi ſaxi cura graviore caſtigat.
Miſcet alieno cineri
Lutum ſuum
Seſe benè temperaturus;
E de carne corrupta,
Ac medicato pulvere
Conflat vitale panchreſtum;
Verum-

Verumquè alexipharmacon æternitatis.
Habes,
Lector,
Si ſapis,
De promptuario mortis
Venenum unà, & antidotum.
Cinerem[a] tanquam panem manducans
Aſſueſce mortis pabulo;
Sic tranſiet de veneno
In antidotum.
Parenta tibi
Vivens;
Et ne in funere lugeas,
Funeri lachrymas ſagaci anticipatione
præmitte.
Videlicèt alienus à voluptate,
Quùm vivit;
Immunis à dolore,
Quùm moritur.

a Pſal. 101

Archangelum Michaelem in patronum aſſumit, cui in ſingulas hebdomadas perpetuum, ac ſeveriſſimum jejunium vovet.

ELOGIUM XXVI.

Cum horribili principe tenebrarum
Singulari certamine

In

In arena deſerti decretoria
Conflicturus
BERNARDUS
Quem præter Principem lucidæ militiæ
Sibi patronum aſſumeret?
A virulenti[a] faucibus Draconis
Ut volet in deſertum,
Undè alas ſervatrices,
Niſi ab Aquila magna mutuaret?
Quidni miles cœleſtis
Illius ad ſigna Ducis ſe reciperet,
Cui totus militat æther;
Et jam jam totus ſpiritus
Sociis ſpiritibus commilitaret?
Ab aureo armamentario ſtellarum
Novo militi ſuo
Dux triumphalis
Cœco tremenda Diti
Commodat arma lucis.
Macerationem ſui
BERNARDUS
Ponit duræ militiæ tyrocinium,
Se per inediam languidam roboraturus.
Rudimenta victoriæ
Offert protinùs Duci
Domitæ carnis nobile trophæum;
Et generoſa donat jejunia
Glorioſa recepturus ſtipendia;
Pro

[a] Apoc. 12

Pro munere jejuno
De frumento electorum
Pingui viciſſim redonandus congiario.
a Parab. Sal. 16. Spirituum[a] ponderator
Militis ſui
Delectum habet ad trutinam;
Atque ſuorum arma
Auream explorat ad libram.
In hac
BERNARDUS
Pretioſum ſui facturus æquipondium,
Dum ſpiritum ſaginat,
Carnem attenuat.
Cœleſtis trutina
Terræ mendacibus ſtateris contraria
Ea ſolum probat pondera,
Quæ levitant;
Neque ad pondus examinat,
Sed ad juſtitiam.
Et tu quoque,
Qui legis,
Ocyùs, ſeriùs
Hanc expendendus ad trutinam.
Cave.
Ne, dum terrena pondera te nimiùm premunt,
Cœleſtis ponderator
b Daniel Minus[b] habentem inveniat.

Vinum

Vinum ultra non guſtaturus omnes Accona Vites obtruncat.

ELOGIUM XXVII.

Pampineæ abite terrę autumnantis delicię,
Gemmantium collium comæ,
Vineæ mendaces,
Abite;
Quæ [a] expectantibus uvas,
Spinas dumtaxat facitis, & labruſcas. [a] Iſaię 5.
Uvæ [b] veſtræ,
Uvæ fellis, & botri amariſſimi. [b] Deut. 32.
Doloſus [c] liquor veſter, [c] Ibid.
Fel amarum draconum, atque venenum
aſpidum inſanabile.
Liquentis auri tui,
Et purpuræ potabilis
Venenatam dulcedinem,
Callida Circe
Mendax tibi habe voluptas,
Et tuæ Veneri ſerva
Suum lactaturæ Cupidinem.
Meretrix [d] Babylon [d] Apoc.
Madidis amatoribus tuis
De poculis doloſis
Miſce turbidum ſpiritum vertiginis,
Soporis [e] ſpiritum, & ebrietatis. [e] Iſaiæ 29
Tuam

Tuam largiùs bibe ſitim
a Joann. 4. Semper ardentiùs[a] ſititura mortalitas.
Vivas ego aquas hauriam cum gaudio
b Iſaiæ 12. De puriſſimis[b] fontibus ſalvatoris.
Sol divinus juſtitiæ,
Fęcunda ardens de libra
Caſtis coctam ardoribus
Mihi ſaniorem profert autumnitatem.
Vinea Domini Sabaot
Uvæ pretioſæ de ſanguine pudico
Pinguem donat vindemiam,
c Iſaiæ 25. Vindemiam[c] defecatam.
Hic de palmite feſſo
d Cant. 1. Maturus[d] Botrus Cypri
Sobriam facturus terris ebrietatem
e Iſaiæ 5. Sub[e] torculari Crucis
Puram uberiùs ſtillat voluptatem;
f Sap. 40. Et, quod cor[f] verè lætificat,
g Zac. 9. Vinum[g] germinans virgines.
h Cant. Deſcendam ego[h] in vineam dilecti mei;
i Cant. 5. Bibam[i] hic vinum meum cum lacte meo;
l Proverb. 31. Bibam,[l] & obliviſcar laboris mei;
Bibam,
m Cant. Et[m] inebriabor.
n Iſaiæ 29. Inebriabor,[n] & non à vino;
Lætabor, & non ab ebrietate.
o Pſal. 15. Dominus[o] ipſe pars calicis mei.
p Pſal. 22. Proh quàm[p] præclarus eſt calix Domini
inebrians. Ca-

Digitized by Google

Calix [a] in manu Domini plenus eſt — [a] Pſal. 44.
vini meri.
Bibam hinc uvę [b] ſáguinem méraciſſimum. — [b] Deutor. 32.
Juvant [c] cellaria Regis. — [c] Cant. 1.
Hic divina ſapientia
Suis miſcet [d] amatoribus — [d] Proverb. 9
De regalibus poculis vinum ſuum.
Vinum edocens [e] ſobrietatem, — [e] Sap. 8.
Vinum dignum [f] dilecto ad potandum, — [f] Cant. 7:
Labiiſque, ac dētibus ejus ad ruminandum.
Hic dabit [g] illa mihi, — [g] Ibid.
Quæ [h] aſſimilata ſunt botris, — [h] Ibid.
Quæ meliora ſunt vino [i] ubera ſua. — [i] Cant. 1.
Illinc [l] ſugam lac gentium; — [l] Iſaiæ 60.
Et lactabor mamilla Regis.
Sic loquutus
BERNARDUS
Circum Acconę colles germina luxuriantia
Sánctior Lycurgus obtruncat;
Et caſto ebrius amore,
Sobrio diſtricto ferro,
Madidam Venerem
Sinè Bacco frigentem
Exciſo in palmite ulciſcitur.
Quiſquis te liberum amas,
Liberum cave.
Ambroſia pocula ſua
Pocillator cœleſtis

Servat

Servat abſtemiis.
Ergò implete [a] hydrias aqua
Ad agni [b] nuptias
Vinum guſtaturi.

a Joann. 2.
b Apoc. 19.

Perpetuo, atquè ſeveriſſimo ſibi indicto jejunio bis tantùm in hebdomada pane veſcitur.

ELOGIUM XXVIII.

Tuam lautè [c] famem nutri
Exquiſitis eduliis
Ingluviem nunquam ſaturam acriùs
irritatura mortalitas.
Quære
Remoti littoris piſces,
Peregrini nemoris aves,
Alieni temporis fruges.
Avaritie tenaci profuſæ gulæ
Totam depeculare naturam;
Et cœlo, mari, terris
Bello voraciùs indicto,
De ſpoliis delicioſis omnium elementorum
Una menſa conſurgat.
Adde
Blandientis artis lenocinia
Famulatura palato;
Nec ſinè multo ingenio
Genio

c Pſal. 58.

Digitized by Google

Genio molliſſimo indulge.
Dapes doloſas
Blandè jugulaturas
Infælix elaboret induſtria;
Atquè ſibi rebellis, per ſummum ſcelus,
Ipſa alimenta vitæ
Trahat in venena innocentiæ.
Frugaliſſimam menſam
BERNARDI
Incurioſæ naturæ
Parca procuratione contentam
Obviis dapibus condit
Sterilis Eremi fertilitas;
Et ſui ferculum facit [a] de lignis Oliveti. [a] Cant. 3.
Defecato palato,
Quæ cęteroqui amaricat corruptum,
Unius ſapor dulciſſimus abſtinentiæ.
Suam opſonans eſuriem
Lautis jejuniis paſcitur;
Et de querela ventris
Saginat animam.
Videlicèt aſſuetus ſucci plenioris epulis
Cibum [b] leviſſimum nauſeat. [b] Num. 21.
Vel ipſa juſſa Ceres
Ab expanibus cœnis exulare.
Præſentiens ille in cœlo
De frumento [c] electorum [c] Zacc. 9.
Sibi annonam lectiſſimam parari;
E Plebe-

a Iſaia 50. Plebejum a terræ migma,
Atque vulgares panes abhorret;
Et melioribus ferculis explendam
Alit avidiùs famem profuturam.
Quid, heù, Patris voracis
Non degeneres filii
Hæreditatem noſtram ligurimus?
Cœleſtis Agni cœna
Appoſita jejunis.

Aſperum induit cilicium, atque ferrea catena ſe præcingit.

ELOGIUM XXIX.

Sacris Syriæ deſertis
Non ultra Hetruſca eremus invideat
Acconæ aſpretis
Sibi aſperior
BERNARDUS
Exquiſitiores mirè ingenioſus in pœnas,
Se voluntaria excruciatione caſtigat;
Et reus ideò,
Quia innoxius,
Se judice,
Ac tortore
Suæ luit decoras pœnas innocentiæ.
Corpus onerat ferro,
Animum

Animum exoneraturus;
Et ferrea torque
Decus, ac pretium addit auro ſuo.
Aculeato ſe chalybe catenans,
Cohibet ſimul,
Et urget,
Preſſum ruenti carni frænum,
Animæ admiſſæ calcar acutum adjungens.
Cruciarium in metallum
Proprio damnatus ingenio,
Pœnæ ſervus ingenuæ,
Sua ſe per vincula manumiſſurus
Captivat;
Se chlamydat cilicio
Cœlo militaturus;
Et Chriſti cataphractus
Pectus, latuſque loricat.
In ſe ſua vertens arma,
Se ſuis triumphis premit;
Ratus eſſe, à ſe vinci,
Vincendi tyrocinium.
Ingenuæ ſervitutis
Splendidè torquato manubiis
Tranſit catena in coronam.
Digna hæc planè catena,
Quæ crebro aureſcens aſtro
Zonis cœleſtibus miſceatur.
Trahe Amor

Catena.

Digitized by Google

Catenarium mancipium tuum;
[a] Cant. 1. Curret[a] ille poſt te
In odorem ſuavium unguẽtorum tuorũ.
Diſce mortalis;
Spinoſum caput
Membra delicata non ſuſtinet.
Cave pacem doloſam,
Quæ arcana bella lactat.
[b] Job 7. Militia [b] eſt vita tua;
Hoſtis contubernalis,
Et domeſticus;
Et quem vincere nequeas,
Si te odiſſe non valeas.
Si vel momento temporis
Te invenerit inermem,
Periiſti.
Immanem belluam palpando cicurare,
ne ſpera.
Fit blanditiis immanior,
Et tuis abuſa amoribus
Tuo te necat amplexu.
Carnis rebellis Hydra,
Quia nihil mollius, nihil immanius;
Nempè Lernæa nocentior.
Quinio iſta,
Quàm ſepteno illa vertice, capitalior,
Nonniſi ferro, & igne domari poteſt.
Militantibus cœlo
Dulce

Dulce Crux una in terris ſtipendium eſt.

Ubertim, & amariſſimè plorat.

ELOGIUM XXX.

Quis dabit [a] capiti meo aquam, [a] Jer. 19.
Et oculis meis fontem lachrymarũ?
Veni [b] Auſter, [b] Cant. 4.
Perfla hortum meum,
Ut pluant aromata illius.
Influat [c] Jordanis totus in os meum, [c] Job. 40.
Salubri irrigatione
Leproſi [d] ſinus ulcera mundaturus. [d] 4. Reg. 5.
Sint, ut oculi tui,
Formoſiſſima Sponſa,
Sicut piſcinæ [e] in Heſebon, [e] Cant. 7.
Oculi mei.
Aridiſſimam [f] percute cordis petram, [f] Exod. 17.
Vitalis [g] ligni telo, [g] Apoc. 22
O dulcis Amor;
Ut ſit [h] arida in ſtagnum, [h] Iſaiæ 35.
Et de [i] lapide duro [i] Sap. 11.
Requies ſitis.
Amaræ aliis ſint lachrymæ,
Fellea doloris pocula,
Oculorum procella,
Naufragi cordis unda,

Et miſerum ſolatium ærumnarum:
Mihi ſuccus ambroſius,
Veri ſemina gaudii,
Oculorum ſerenitas,
Vitale nectar cordis;
Et vena liquidiſſimæ voluptatis.
Ex inexhauſtis fontibus oculorum
Intemperantiùs erumpite,
Animæ maculoſæ
Sordes expiaturæ.
Sic juxtà arborem Crucis nidificaturus
[a] Pſal. 83. Turtur [a] amore languens
In Acconæ deſerto
Dulciter gemit;
Nec ſuo jam deeſt Cedron
OLIVETO.
Sic ſacer Heraclytus
Provocat fletus ſuos;
Et irriguis ab oculis
Lachrymas ruentes adurgens
Fervidis ſuſpiriis accendit.
Benè æſtuantis animæ
Vitalia irritaturus incendia
Totus madido ardore liquidæ charitatis
perfunditur:
Cor,
[b] Zac. 7. Ut ad vitia [b] adamantinum,
[c] Pſal. 21. Ita ad [c] virtutes cereum,
Divini

Divini Amoris æſtu,
Ex oculorum fontibus
In tepidos liquores reſolvitur.
Nectareum abeuntes in potum
Suos largè fletus
Bibax avidior exhaurit.
Et ſana [a] madidus ebrietate
Suas ridet inter lachrymas.
Germinans [b] nempè OLIVA
lætatur in ſtillicidiis
Quid rides,
Heù lugenda mortalitas?
Et plagas tuas ſtolida ſtupiditate diſſimulās
Siccis oculis intueris?
Noſtri amantes languoris
Plagoſi cordis ulcera fovemus,
Ipſo de corde
Parabile opobalſamum habituri.
Pretioſas [c] margaritas,
Quarum conchæ ſunt oculi,
Cœleſtis negotiator inquirit,
Illas vel toto cœlo
Benè comparaturus.
Cur oculis gemmiferis
Adhuc egeni [d] mendicamus in via?
Cur improbo labore noſtram miſeri ſitim
irritantes,
Quæ continere [e] non valent aquas,
Ciſter-

a Iſaiæ 16.
b Pſalm. 64
c Matt. 13.
d Pſalm. 39
e Jer. 2.

Digitized by Google

Ciſternas diſſipatas defodimus;
a Joan. 7. Et aquarum[a] viventium,
Stagnantium intra nos
Paratiſſimos fontes negligimus?
Quos vel cœleſtis Amor
b Joan. 4. Suæ ſitis in[b] delicias anhelat?
Ex aquis primùm nata,
Hac una ex unda vivit
Innocentia;
Et hac paſcitur ignis,
c Lucæ 12. Quem Deus venit[c] in terris accenſurus.
d Pſalm. 45. Hujus[d] fluminis impetus
Dei civitatem lætificat.
Noſtri ſcilicet fellis amantiſſimus
Fertur amaras
e Geneſ. 1. Dulcis Spiritus[e] Domini ſuper aquas.
f Cant. 4. Quoniam favus[f] diſtillans
Labia tua,
O dulciſſime JESU,
Oculi fel amarè lachrymantis
Fit mel illico, & lac
Sub lingua tua;
g Exod. 15. Et dulci[g] ligno tuo
Maris noſtri dulceſcit amarities.

Seſe

Seſe ſepties in die horrido fuſtuario cruentat.

ELOGIUM XXXI.

Sereno cœlo,
In Adconæ deſerto
Sanguine pluit.
Madidus Auſter [a] Spiritus Divini
Hanc de ſiccâ procella
Excitat pluviam
Facturus ſibi ſerenitatem
BERNARDUS,
Hos flagellis tonantibus
De turbine purpureo
Provocat imbres.
Amantiſſimus lachrymarum,
Ut totis ploret artubus,
Crebro ocellatas vulnere
Cogit & venas flere.
Deſcendat [b] jam dilectus in hortum ſuum,
Et inebriet ſe muſto [c] malorum granatorũ.
Maturæ charitatis
Acerbiſſima autumnitas
Hanc de nobili palmite liquidam facit
vindemiam
Niſi æſtas dici poſſit,
Ubi matura tritura eſt,
Atquè bonus agricola
Feſſas

[a] Cant. 4.
[b] Cant. 6.
[c] Cant. 8.

Feſſas paleas flagellat,
Ut triticum electum excutiat.
Perfidæ carnis noſtræ maligno in ſolo
Septies in die[a] languentem innocentiam,
Pudica irrigatione recreaturus
Septies ubere vena lactat in die;
Et peregrinum germen
Rigidus cultor,
Plebei graminis internecino à ſemine
Ferro cæſorio flagri paſtinatoris expurgat.
Inſanæ cupiditatis
Phreneſim curaturus
Armat medicam manum,
Et ſalutaria accurrit ad vulnera,
Per vitales cuniculos laxatæ venæ
Arcana cordis jugulaturus incendia.
Corruptæ carnis glebam
Impuro infectam Gorgonis cruore,
Monſtrorum[b] genitore,
Expiat ſanguine caſto
Monſtrorum domitore;
Et Hydræ renaſcentis ſeptenum caput,
Repetito labore
Repetita per vulnera
In die ſepties ulciſcitur.
Io triumphe
Nobili bellatori,
Suâ glorioſo per vulnera,

Et

a Proverb. 24.

b Ovid.Me-

Et ſuas per clades invicto.
Tui de ſemine ſanguinis
Mete palmarum ſegetem triumphalem.
Statue laceros artus
Domitæ carnis
Nobile trophæum,
Integræ monumentum innocentiæ.

Quod religioſis curis ſupereſt temporis terra in culturam impendit.

ELOGIUM XXXII.

Fælix Acconæ gleba
Gaudet[a] roſtro laureato,
Et conſule paſtinatore.
A florido cultore procurata,
Et amabili manu cicurata
In hortum voluptatis
Agreſtis, & inculta tranſit Eremus.
Terram, de qua formatus, purgaturus
BERNARDUS,
Et eam, quam calcat, expurgat.
Bonus agricola
Sentes, ac dumos colligit undequaque,
Electæ[b] vineæ ſuæ
Sepem[c] cuſtodem circumdaturus.
Quin de ſpinis,[d] quas colligit,
Expe-

a Ezech. 16
b Jer. 2.
c Matt. 21.
d Iſaiæ 5.

Expectat uvas;
Et aſpera de meſſe,
Atque dura patientia
Liquidam vindemiam.
Ut nullum ſua ſit lignum in Eremo,
Quod ſalutem non ſtillet,
Vel in dumis ſterilibus
Inoculat OLIVAS.
Ut aſpera deſerti
a Iſaiæ 40. Sint ipſi a in vias planas;
Et ne volucri in curſu tardentur greſſus,
Obſeſſum callem vepribus extricat;
Avulſa ab humo impedimenta pedum
Feſſo lateri adjungit;
Et ſunt calcar ad curſum
Spinæ,
Currentium moræ.
Tuis laſciviens in pratis delicata ſterte
mortalitas;
Laborioſa in deſerto
BERNARDI
Sudat induſtria.
Collige tibi flores
Legit hic ſibi ſpinas,
Quas potuit & dilectus ſibi in floream
coronam elegiſſe.
Tibi de molli ſemine roſarum
b Jer. 12. Spinæ duriſſimæ b germinabunt;
Hic

Hic de rigido ſemine Spinarum
Metet æternas roſas.

Circumſpectus ſuę cuſtos pudicitię, omnium vitat aſpectum Fœminarum.

ELOGIVM XXXIII.

Qui priùs lucem prodegerat,
BERNARDUS,
Recuperatę tenax
Recẽti ab infortunio factus providè parcus
Illius ſplendido ab uſu
Didicit temperare.
Salubris ſibi memor cæcitatis.
Cogit oculos callidè cæcutire,
Luminoſa pericula vitaturus.
Ratus,
A ſuperioribus orbibus oculorum
Et cordis orbem rapi,
Oculatiſſimę circumſpectionis fręno
Licentioſam vertiginem caſtigat;
Nequè errantia patitur aſtra,
In microcoſmo ſuo
Sinè lege vagari.
Fugit
Tenerę mollem aſpectum formę,
Saxificę ceù faciem Meduſę;
Ra-

Digitized by Google

Ratus,
Mortalia corda
Hoc languidè emollita
Lapideſcere.
Cavet riſus doloſi venenatam dulcedinem
Bibacibus ab oculis
Amariſſimas lachrymas expreſſuram.
Bonum fragile,
Pudicitia.
Timere poteſt gratias vel inermes,
De pupilla fulminea
Veneris inimicę ſagittarias.
I nunc,
Secura inter ardores
Stupea[a] lude mortalitas.
Age
Incautus papilio,
Circumvola curioſius rogos tuos,
Et flammam incenſuram adora.
Monſtrum cæcum,
Cupido,
Quis crederet?
Filius eſt oculorum.
Sunt Veneris papillæ,
Pupillæ,
Quibus tenera peſtis lactatur amor.
Iſta
Cyclops cęcutiens in fucina
Ignea

[a] Iſaiæ 1.

Ignea ſpicula fabricat.
Sereno ab orbe tonat,
Et ſua fulmina torquet.
De molli ſupercilio
Curvat ille arcus ſuos,
Lethiferis ſagittis vulneraturus;
Et de fontibus lucis
Caliginoſas faces accendit.
Alieni indigus luminis
Perfidus cæcus,
Lucido auxilio abuſus,
Per oculos ductores ſenſim ſe inſinuat,
& cor arcanum
Tyrannus immaniſſimus invadit.
Venenata per lumina
Suam cæcitatem inſtillat;
Et tua te incautum faſcinat pupilla.
Vide;
Nè nimiùm oculatus,
Sis oculatus minùs,
Et ne cæcutias,
Cęcuti.
Nam per feneſtras[a] noſtras aſcendit mors. [a] Jer. 9.

Duabus

Duabus vix horis quieti neceſſariè permiſſis, traducit noctes inſomnes.

ELOGIUM XXXIV.

Sybaritica in Roſa
Stertite deſides animę;
Et umbratiles dies
Per noctes languidas
Filii tenebrarum traducite.
Filius [a] Lucis,
BERNARDUS,
Vel noctis intempeſtę
Nigra momenta omnia
Curis lucidis implet;
Atquè tacitus horas, otioſę adēptas quieti,
Sacris refert negotiis.
Totam ex aſſe noctem,
Sextante vix excepto,
Religioſo labori vigil impendit.
Avis hæc Paradiſi,
Semper ſublimis,
Indefeſſo volatu nunquam quieſcens,
Una fatigatione recreatur.
Pater cæcus ſomniorum
Indutum [b] arma lucis,
Et ſerenæ pupillæ diem inocciduam
non ſubſtinet.

a Joann. 15

b Paul ad Rom. 13.

Non

Non audet ideò
Aut ſenſim clandeſtinus obrepere,
Aut palam violentus palpebras invictas
invadere;
Sed vix audet vocatus
Rariùs, ſeriùs accedere
Durus exactor ſui
BERNARDUS
Vel breviſſimæ quietis ſolatium neceſſariū
Mixto labore gaudet temperare.
Sub pœnitentiæ magiſtro,
Vel ipſa, oblita ſui,
Quies didicit fatigare;
Et ſomnus ipſe cogitur,
Suas inſomnis in pœnas vigilare,
Non, ut in aliis, ſopor,
Blandus, mollis, ac plumeus;
Sed durus, aſper, ſaxeus;
Non gravis, & ſecurus;
Sed dubius, ſed ſuſpenſus, & paralyticus.
Tartarei triſulces
Anguum excubitores non fallant
Geminis hic,
Quam centum ille oculis,
Vigilantior.
Haud unquam totus dormit,
Sed ubi feſſæ paulisper palpebræ
declinaverint,

F Vica-

[a] Cant. 5. Vicarium [a] oculorum
Cor ſpeculator evigilat.
[b] Lucæ 12. Beatus [b] verè ſervus es,
BERNARDE,
Quem quacunque noctis vigilia
Antelucanus Dominus venerit,
Vigilantem invenerit.
[c] Matt. 25. Etiam ſi media [c] nocte Sponſus veniat,
Ornatam ſemper,
Extinctam numquam
Inveniat lampadem tuam.
Liquorem OLIVETO miniſtrante,
[d] Proverb. 31. In nocte non extinguitur [d] lucerna tua.
O quiſquis dormis,
Mortuus,
Aut mortuo ſimilis,
[e] Proverb. 6. Expergiſcere, [e] exurge.
[f] Job 30. Non [f] dormiunt,
Qui te comedunt.
Gnaviter progrediendum,
Non jacendum ignaviter in via.
[g] Cant. 5. Fruſtra in lectulo [g] tuo quæras per noctē,
Quem diligit anima tua.
Surge,
Circui,
Et invenies.
Blandum veternum excute.
Placida peſtis,

Aut

Digitized by Google

Aut vera lethi ſpecies,
Aut lethi conſanguinea.
O nos mortales miſeros;
Qui quaſi nimium ſit
Minimum vitę,
Quod vivimus,
Per longos ſomnos
Invidi corripimus.

Integras cujuſque Ferię Sextę noctes patientis Dei in fervidas meditationes vigil impendit.

ELOGIUM XXXV.

Utcunque abſceſſus ſolis
Somnum conciliet,
Cogit
BERNARDI
Palpebras excubare.
Scilicèt, [a] Filius lucis
Sentit ſolis deliquia.
Quidnì, dormiente Sole,
Aſtrum
Flammis inſomnibus vigilaret?
Divini occaſus Solis,
Animis luminoſis
Aurora eſt.
Nox ſcilicèt vitalis,

[a] Paul. ad Eph. 5.

Non

Non mortem modò fugat,
Sed & mortis imaginem.
Obſcuriſſima in nocte,
Vel extincta[a] lucerna,
Servus fidelis[b] non dormit.
Dum perfoditur domus[c] Domini ſui
Gravi angularis[d] lapidis in ruina,
Qui poſſit bonus ſervus dormitare?
Et qui valeas quieſcere,
BERNARDE,
Ubi cor tuum
Saucium cruciarias palpitat inter ſpinas?
Excitat te
Nunquam tacens[e] pupilla oculi tui,
Et dulcis fugit ſopor
A murmure amariſſimo lachrymarum.
Ebria lumina fletu
Sobrias vigilias agunt;
Et cum facundo vulnere
Muti Verbi
Suos liquidos amores
Oculus vocalis colloquitur.
Ad extinctam lucernam Magiſtri tui
Lacero in libro vitæ
Vigil elucubras;
Et ad gelidam facem
Languidi Amoris
Frigidas noctes accendis.
Diſce Somni-

a Proverb. 31.
b Lucæ 12.
c Lucæ 21.
d Jer. in threno 3.

Somniculoſa mortalitas.
Divinę charitatis ſolſtitium
Languidas noctes non habet.
Dilecti lectulus,
Non [a] floridus,
Sed ſpineus;
Suam cogit & dilectam vigilare.
Dum in pœnali reclinatorio ſuo
Pœnarum amans
Dormit cœleſtis Amor;
Decet,
Amantes animas excubare.
Vigilans [b],
Vel quum dormit,
Somniculoſas animas
Odit amor.

a Cant. 1.
b Cant. 5.

Silentium non interruptum religioſiſſimè ſervat.

E L O G I U M XXXVI

Amans ſilentii
Deus,
Tota ab æternitate
Verbum unicum protulit.
Fœcundi Patris
Vox fecundiſſima,
Verbum,

 Tem-

Digitized by Google

Tempore toto;
Quo terras ſuo voluit dignatas hoſpitio,
Vix una excepta trieteride,
Siluit.
Magiſtro,
Non Pythagora,
Sed Deo;
BERNARDUS,
Diſertiſſimo erudiendus ſilentio,
Non unum tacuit quinquennium.
Noverat ille,
Humanę voci ſilentium inimicum,
Divino amicum Verbo;
Ut quod arcanas voces ſuas
Solis ſilentibus credit;
Atquè ſurdos [a] duntaxat,
Non mutos, odit.
Scilicet loqui dedecet hominem,
Ubi loquitur Deus.
Sacer Harpocrates,
Sui Silentiarius Regis,
In Acdonæ deſerto
Auras ipſas, & frondes mutire vetat,
Nè evigilare faciant [b] dilectum ſuum
Inter quieta ſilentia ſoporatum.
Ore clauſo,
Cor aperto,
Animarum amantium

a Jacob. 1.
b Cant. 2.

Cordato idiomatè loquuturus.
Linguę munus feriatę,
Elingue cor
Facundiùs, ac fæliciùs exequitur;
Et canoris ſuſpiriis
Amores ſuos
Tacito cum cœlo colloquitur.
Nempè non eget lingua
Suſpecta humani cordis interprete
Incola cordis amor,
Atquè divinis auribus dulciter ſonat
Muta vocalis cordis harmonia.
Mortalis;
Divini amoris æſtas
Raucas cicadas non habet.
Levis amor eloquitur,
Ingens ſtupet.
Non auceps,
Sed [a] piſcator,
Fertur ſpiritus [b] Domini ſuper aquas.
Laxat retia [c] in capturam,
Mutos piſces dumtaxat,
Non aves garrulas,
Venaturus.
Placent illi aquę [d] Siloe,
Quæ vadunt cum ſilentio.
Amat cœleſtis Sponſus dilectam ſuam,
Fœcundam,

Non

[a] Joann. 21
[b] Geneſ. 1.
[c] Lucæ 5.
[d] Iſaię 8.

Digitized by Google

Non facundam.
Chriſtiano militi
Manu eſt opus,
Non lingua;
Et[a] facere,
Non fari,
Chriſtianum eſt.
E terris peroranda noſtrę ſalutis cauſa
Geſtuoſos,
Non verboſos,
Exigit oratores.
Monſtrum ambiguum,
Lingua.
Infræna,
Nihil[b] nocentius;
Frenata,
Nihil ſalubrius.
Fac ſtateram[c] cenſoriam verbis tuis;
Atquè facilis mali
Lubricam levitatem
Eloquii [d] examinati
Purgata gravitate
Caſtiga.
Tartareus hoſtis,
Intimam cordis arcem invaſurus,
Extima propugnacula
Aurem,
Et linguam

Occu-

a Jacob. 1.
b Proverb. 15.
c Eccl. 28.
d Pſal. 11.

Occupat

Laxat hanc,

Illam premit

Artem eludas arte;

Et liga hanc;

Illam ſolve;

Ut dum humanis vocibus occludis exitum,

Aditum recludas divinis:

Scilicèt dum medium [a] ſilentium omnia tenent, [a] Sap. 18.

Ad nos Domini ſermo

Cœli è regalibus ſedibus venit

Virginem Deiparam tenera dilectione proſequitur.

ELOGIUM XXXVII.

Ut caſto amori ſuo

Congermaneſcat

BERNARDUS,

Matrem adoptat

MARIAM,

Novus ſcilicèt dies ab ea lactari debuit,

A qua partus

Aurora [b], [b] Cant. 6.

Pendet Virgineo ab ubere

Tenera, atquè lacteſcens innocentia,

Et

Et de niveis liquoribus
Pudicos ſugit ardores.
a Cant. 8. Quoniam ſicuti turris[a] ubera ejus;
Protinus amor infans adolevit,
Et ab æſtu impotenti
Robuſti jam ardoris factus audacior,
Quoniam eſt nimiũ potens nomen Matris,
Per licentiam amabilem,
b Cant. 2. Nomine teneriori,
Vocat[b] amicam.
A nivibus Virgineis
Ardens O L I V A ſuccenditur;
Et intimis liqueſcens incendiis,
Per lucida incrementa,
Conceptos nutrit ardores.
c Eccl. 24. Pudico in ſinu Roſę[c] Hiericontinę
Languet lilium Accónę,
Et in æſtu vitali vernans decentius
Candido lacteſcit ab igne.
Intacti flos pudoris
In florem caſti amoris
Amans in heliotropium convertitur,
d Cant. 6. Et electam[d] ut ſolem
Dilectam ſuam;
Corde indefeſſo ſequax,
Tenacibus obſeqiis adorat.
Amantes
Filiæ Sion,

Fruſtra extra ſinum Matris
Filium quæratis
Amorem.
Adhuc de ſinu Patris
Memor uberum Matris
Habet illa in deliciis;
Ut adhuc inter illa
Gaudeat, myrrhæ[a] faſciculus, commorari. [a] Cant. 1.
Quia reclinat, & paſcitur[b] inter lilia, [b] Cant. 2.
Hic paſcitur, & cubat.
Ceu mixtæ liliis roſę
Inter ubera Matris
Florent vulnera Filii;
Nec paſcitur[c] a vulnere, [c] D. Bernard.
Qui non lactatur ab ubere,
Et unde ſolem ſperes,
Niſi ab Aurora?
Auroræ ſuæ amans adeo ſol noſter,
Ut non ab ortu modò matutinus,
Sed neque à ſummo cœlo meridianus
Sui genitrice
Sine luce ſcintillet;
Hanc ſcilicet à Sole
Neque valet meridies ſeparare,
Quæ potuit ipſum ſequi,
Vel ad[d] occaſum. [d] Joann. 19

Sacra

Sacræ lectioni vacanti ſæpiùs Virgo Deipara ſacrarum ſcripturarum difficultates. enodat.

ELOGIUM XXXVIII.

Tuo te jacta in Peripato
Vana mundi ſapientia,
Inter nemora Accona
Delapſa cœlo
Sapientiſſima Pallas
Doctrinæ ſublimioris novam ſcholam
aperuit;
Ubi uno ſatis auditore
BERNARDO
Contenta eſt;
Et ſui ſtudioſa alumni
Sacris ſtudiis vacanti
Magiſtra eſt.
Hic Virginali ab ubere
Puram doctrinam ſugit;
Neque ad lucem Cleanthis,
Sed [a] ad lucernam Matris
Lucubraturus evigilat.
Sacri fœderis arca
Sacrarum literarum promit ſẽſus arcanos,
Et involuta evolvit oracula.
Quis enim illa melius
Callent

[a] Proverb. 31.

Calleat ſermones Dei,
Quæ primas docuit voces
Dei verbum
Inter homines loquuturum?
Quis mirabilia Dei,
Quorum pars magna [a] eſt,
Illa facilius exponat;
Quæ virginali fœcunditate facunda
Uno,
Quod protulit,
Verbo,
Ignotum, incomprehenſum,
Totum expoſuit homini Deum?
Quis ea clarius aut tutius
Explanet [b] vitæ vias,
Quæ ſuis impreſſum typis
Edidit apud homines
Librum vitæ?
O te fortunatiſſimum,
Tanta dignatum præceptrice
BERNARDUM!
Sub qua potuit in terris
Divina etiam ſapientia profeciſſe.
Tibi,
Sola magiſtra contemplatio
Encyclopedia eſt:
Legere in una potes
Arcana omnia divinitatis,
Quorum

a Lucæ 1
b Pſalm. 15

Quorum una breviarium eſt.
Invidi tibi beatiſſimæ ſortis cœlites
academici,
Te gaudent condiſcipulo.
Et jam cœli poſthabito Athenæo,
Acconam properant
Ad Lycæum,
[a] Pſal. 11. Eloquia [a] Dominæ caſta,
[b] Joann. 6. Et [b] vitæ æternæ verba
Cominus audituri.

Inferni ſpiritus, Ambroſii, atque Patritii
aſſumpta ſpecie, ſuadentes Bernardo
diſceſſum ab Eremo, ab eo
divinitùs detecti
fugantur.

ELOGIUM XXXIX.

Utcunque callidus hoſtis
Teneræ robuſtiſſimis machinis amicitiæ
BERNARDI
Pectus arietes:
Non ideò tamen poteris
Generoſi propoſiti tenacem
Electis de ſtativis deturbare.
[c] Pſalm. 72. Ne [c] moveantur pedes, aut effundantur
greſſus,

Ferrum

Ferrum ſtabile, a & æs
Calceamentum ejus;
Quamvis invidus [b] Draco
Tertiam ſtellarum partem ab Olympo
Cauda tenaci detraxeris;
Fixum hoc aſtrum tamen,
Quod occupat,
E Cœlo,
Non deduces.
Potueris sanguis perfidus
De patrio viridario
Excludere florentem innocentiam,
Non extrahes reflorentem
De deſerto,
Securior ubi ſtatio,
Et caſtæ paradiſus voluptatis.
Poſuit hoc [d] in deſerto
Suæ Civitatem habitationis.
Hic ſibi invenit [e] Domum
Paſſer [f] ſolitarius;
Hic [g] turtur nidum,
In quo ſecurè ponat pullos ſuos.
Sacra hæc
[h] OLIVA
Amico ſolo altis adeò radicibus coaluit,
Adhæſit adeò [i] feraci pavimento anima ejus
Ut tuos,
Spiritus impotens [l] procellarum,
Eradi-

a Deuter. 33.
b Apoc. 12.
c Gen. 3
d Pſal. 106
e Pſal. 83.
f Pſal. 101.
g Pſalm. 83.
h Eccl. 50.
i Pſalm. 118.
l Pſal. 148.

Eradicantes turbines non metuat.
a Jer. 18. Nunquid ª deficiet agri de petra
Nix Libani;
Aut evellantur aquæ de fonte ſuo?
Fruſtra opponas
BERNARDO
Solitudinis tædia,
Quæ non agnoſcit,
Suæ contentus virtutis contubernio.
Quin hæc non ſolitaria ſolitudo,
In quam adeò frequenter
b Apoc. 21. Deſcendit ᵇ urbs Hieruſalem,
Suo cum dilecto
c Cant. 7. Amantiùs ᶜ ruſticatura.
Noſcit tamen
BERNARDUS,
Te graviter tædere
Solitudinis ſuæ,
A qua timere poſſis
Tuo ſolitudinem Diti.
Jure illum tædet tui,
Cui, tam amabilis
Odioſa fit Eremus.
d Joſ. 18. Stetit ᵈ Sol contra Gabaon;
Nec, procelloſo Spiritu reflante,
e Pſal. 113. Converſus eſt retrorſum ᵉ Jordanis
Mortalis;
f Pſal. 77. Spiritus ſuadens,
Et

Et non rediens,
Non dabit in æternum[a] fluctuationem juſto. [a] Pſal. 54.
Statue ſupra petram[b] pedes tuos; [b] Pſal. 39.
Sicut[c] mons Sion, [c] Pſal. 124.
Non commoveberis in æternum.

Ambroſius, & Patritius, ſuggeſtione Diabolica adornantes diſceſſum ab Eremo, prodigioſa caligine circumfuſi, fruſtra circumerrantes, exitumque ab Accona non invenientes, mirè ibi Bernardi prece detinentur.

ELOGIUM XL.

BERNARDUM
Fugere, utcunque velis,
Adhuc minimè poſſis.
Vel ferreas ſiſtit animas
Tenaciſſimæ magnes charitatis.
Quidni ſiſteret homines,
Potens ſiſtere & aſtra,
Ipſoſque è Cœlo ſuperos deducere?
Potentiſſima ſaga
Has,
Quas incolit
Sylvas

Incantavit;
Et ad delicias ſuas
Horrida hæc teſqua
Per floridas præſtigias
Amæniſſimè venenavit.
Huc,
Ut ingreſſus facilis;
Ita egreſſus difficilis;
Et ſi in dolos amabiles ſemel pedem intuleris,
Revocare gradum
Non valeas.
Innoxiis procurata veneficiis
Acconæ Eremus,
Facta eſt carcer Amoris,
Ubi tyrannus tener,
Et amabilis
Suaviſſimè premit captivos ſuos.
Iſta Dædalus cœcus inter nemora
Cœcis texuit Olivis
Irremeabilem labyrinthum,
Quo ſua monſtra concluderet.
Hinc nullus in terras aditus,
Sed dumtaxat laxatur in Cœlum via,
Quam filo luminoſo
Dirigentia Sydera indigitant.
Fruſtra invidias amabiles evaſuri
Errones transfugæ

Circuitis.

Semitam circumſepſit
BERNARDUS,
Et[a] noctem poſuit in calle. [a] Job 19.
Qua fuerat ipſe ſplendidè obumbratus,
Iterum rapit
Divino [b] à Sole caliginem, [b] Pſal. 17.
Et tenebrarum compede
Impedit fugitivos.
Quæ recluſerant tenebræ
BERNARDO
Exitum de Egypto in deſertum
Jam contrario prodigio,
Occludunt ſociis reditum de deſerto
in Ægyptum.
Viator;
Recta[c] eundum [c] Pſal. 25.
In patriam progredientibus.
Hanc aſſequi, ne ſpera,
Qui circumactus[d] ſpiritu vertiginis, [d] Iſaiæ 19.
Ambulas[e] in circuitu. [e] Pſal. 11.

Fercula, ac pocula infecta veneno, à Guelphis, ſimulata pietate, dono miſſa, Bernardus, fraude divinitùs cognita, illicò ſigno Crucis expurgat viſibiliter à veneno.

ELOGIUM XXXXI.

Per munera doloſa
Deſertorem
BERNARDUM
Callidus avernus aggreditur.
Trahitur in uſum mortis
Supellex ipſa vitæ.
De coquina Proſerpinæ
Fercula virulenta
Cupedinariæ Eumenides depromunt
Suis medicata ceraſtis.
Potu jugulaturæ
Baccum mergunt Cocyto,
Et uvæ inſontis[a] ſanguini permixtum
Propinant fel Draconum,
Atque venenum aſpidum inſanabile.
At fruſtra eſcis
BERNARDUM
Infelix tentas aſtutia;
Cujus ſicco palato
Una jejuna ſapit abſtinentia.

a Deuter. 32.

Exhor-

Exhorruit ille dapes.

Nempè illis tecta primùm doloſa mors
Nos dulces per inſidias invaſit;
Quibuſque avidiùs paſta
Prima ab infantia ſua
Contabuiſſe potuit innocentia.
Provocat ad vitalem arborem Crucis,
Illius ſalubri fructu
Dulcedinem ſuſpectam exploraturus:
Seſe è conſpectu vitæ
Mors protinùs detecta proripuit.
Epulum luctuoſum
Lethalis anguis ſordidum cruore
Vitalis Agni ſanguis expiavit,
Et ſpumas virulentas averſi à facie Solis
Cerberus[a] arcanus evomuit.
Mortalis;
Cave dona inimicæ voluptatis.
Horum noxia dulcedo
Occultos tegit hamos
Avidis in præcordiis ſemper hæſuros.

[a] Ovid. Met. 7.

Sanctorum Innocentium cædi ſacrata die à malo Dæmone graviter vulneratus, à Chriſto Crucifixo illi apparente prodigioſè ſanatur, & recreatur.

ELOGIUM XXXXII.

Quidni innocentium ſanguine colorata
Florentiſſima dies
Lacteo
BERNARDI
Sanguine purpuraret?
Quidni [a] quæ primas Roſas,
Ita & tenerum Lilium
Furens procella decoqueret?
Innoxium adhuc ſanguinem ſitiens
Herodes truculentior
Ab inferis excitus
In pęnas tuas,
Inſons
BERNARDE,
Revixit.
Age, ſævi, baccare,
Dilacera
BERNARDUM.
Cruenta beſtia.
Tuis ille ludit [b] in faucibus,
Et

[a] D. Aug. Serm. 10. de SS.

[b] Eccl. 47.

Digitized by Google

Et ſciens, quid, [a] ſibi proſit feritas tua,
Ultrò adhuc provocat, & accendit.
Gaudet,
Innoxio infantium ſanguini
Miſceri ſanguinem ſuum,
Ad ſobriam ebrietatem innocentiæ.
Pater turbidus tenebrarum
Luminoſa vulnera infligis,
In ſtellas evaſura.
Fluit ex inciſis
BERNARDI
Venis,
Plus gloriæ,
Quàm cruoris;
Et ideò triumphator,
Quia ſaucius,
De ſemine plagarum
Metit victoriam.
Poſtquàm in libro vitæ
Salubres plagas ſtylus amoris impreſſit,
De lituris probroſis
In caracteres gloriæ converſæ ſunt.
Amanti vulnerato
Accurrit opportunus medicus Amor,
Illata ab odio vulnera curaturus.
E promptuario Cœli,
Vitalia medicamina,
Promit vulnera ſua,

[a] D. Hyer. de Script. Eccl.

Et de purpureis fontibus vitæ
Liquidam ſalutem inſtillat.
Te vulneribus tuis,
BERNARDE,
Cruciant magis
Saucii Medici vulnera.
Sunt[a] iſtæ plagæ,
Caſti Amoris ſagittæ;
Et te ſauciant,
Dum ſanant,
Et diſcruciant,
Dum recreant;
Videlicèt dum laceri mulcent vulnera corporis,
Cordis vulnera refricant;
Ita languida ſalus
Languidi Amoris
Reparata ſuppliciis,
Jam ſupplicio graviore torquet amantem;
Ut Tartari ſervatus ab odiis
Cœli pœnè langueat amoribus.
O fortunata vulnera
BERNARDI,
Dignata Olympi ſuccis,
Et veri pollice Apollinis.
O beatum amantem,
Cujus dubia pericula
Ipſum de cęlo Amorem tenuere ſolicitum.
Diſce

[a] Pſalm. 63.

Diſce.
Non lactea,
Sed ſanguinea
Cœli via.
Huc venire,
Nè ſpera
Niſi [a] veſtigiis cruentis — a Matt. 16.
Patibulatæ Divinitatis inhæreas.
Viri exercitus [b] Domini in coccineis. — b Naum 2.
Sanguis ſcilicèt triumphalis
Pro cœlo dimicantium in terris
In capitolio cœli
Purpura eſt.

Reparatoris tormenta fervidè meditanti Diabolus tot ſe daturum verberationes minatur, quot ad columnam paſſus eſt Chriſtus Jeſus.

ELOGIUM XXXXIII.

Age,
Et in odia mihi profutura
Amabilis erumpe perfidia.
Utcunquè ſuper me [c] flagella congregētur, — c Pſal. 34.
Ignorabo.
Eja tortores languidi minas inanes cōplete.
Gravi flagrorum mole
Supra

a Pſal. 34. b Pſal. 12. Supra dorſum [a] paratum [b] fabricate;
Et ad prorogationem jucunditatis
Lanienam gratioſiſſimam prolongate.
c Paul. ad Gal. 6. Dum referam [c] expreſſam in membris meis
Cruciati Amoris imaginem,
Amor,
An furor
Imprimat,
Non requiro.
Quin mihi, furor,
Amor.
Mihi cruenti turbinis procella,
d Cant. Qua defloratus [d] & Flos campi decoxit,
e Pſalm. Tranquillam [e] erit in auram.
Age
Artifex crudelitas,
Induſtrii ictibus ſcalpri,
Et plurima tunſione,
f Lucæ 3. Fac de [f] lapide filium;
Ut Patris vulnerati
Hęreditatem cruentam
Totam ex aſſe recipiam.
Sint & in carne mea
g Cant. 2. Vivæ foramina [g] petræ;
h Exod. 17. Et tuis [h] percuſſus virgis
i Pſal. 113. De rupe [i] ſim in fontem.
Harmonicum ad numerum pulſata,
Ad quem muſicus Amor
Pulſa-

Pulſatam voluit & ſuam,
Dulce conſona imagine reſpondens
Reſonabit in gaudium
Cythara mea.
Amantes animas,
Et odium,
Muſicam docet.
Hujus ad graves ſonos
Acuta[a] amoris cantica
Modulabor.
Ita pęnarum avidus
Ditis tortorem
Provocas,
BERNARDE;
Qui, nè cruciatu proſit,
Clementia odioſa
Tibi truculentior,
Abſtinet vel invitus
A laniena.

a Pſal. 70.

Sathan aſſumpta ſpecie fœminæ impudicæ, Bernardum impuros ad amores ſolicitans ſigno Crucis fugatur.

ELOGIUM XXXXIV.

Irrita expertus odia
Fremens Avernus

In

Digitized by Google

In invictum
BERNARDUM,
Eò ſæviùs,
Quò ſuaviùs
Armat amores;
Et quem Marte non potuit,
Venere aggreditur expugnare.
Ceruſſata Proſerpina
Per formoſa mendacia
Tranſit in Venerem;
Et de furiarum prima
Protinùs fit quarta Gratiarum.
Miſcens liguſtra roſis
Illætabilis oris hyemem triſtiſſimam
Vere mentito colorat.
Impexam angue comam
Mendaci illinit auro;
Et fucato candore
Caliginoſos ſinus inalbat;
Tum rapta ab aſtris luce
Torvos oculos afflat;
Atquè riſu non ſuo
Lachrymas æternas detergit.
Emerſa è Stygio gurgite,
Monſtrum molliſſimum, amabile
Præſtigiatrix formoſitas
Inter Acconæ teſqua deliteſcit,
BERNARDI

Pudi-

Pudicitiam prædatura.
Armata nuditate
In orantem irrumpit.
Tum blanda voce,
Et quod facundius,
Oculis, geſtu, lachrymis perorat.
Deſpicit ille inflexus;
Atquè teneris machinis
Adamantinum pectus non frangitur.
Caſtæ repulſæ neſcia,
Addito pudore decentior,
Creſcit contempta formoſitas.
Tum odiis laceſſita
Conſtantiùs reddit amores,
Et ſpretæ injuriam formæ
Replicatis gratiis ulciſcitur.
Contemptorem amabilem,
Decoram jam jam fugam adornantem,
Tenaci ſiſtit amplexu.
Suavem violentiam cominùs illatura
Lacteis vinculis cingit,
Ut nivei cordis caſtiſſimum rigorem
Propioribus emolliat incendiis.
Hem, quid agas,
BERNARDE?
Blando in agone,
Ubi adempta ſpes fugæ,
Spes ſublata victoriæ.

Mellitus

Mellitus hoſtis
Nullum potuit non vincere,
Quem potuit ita vincire.
In extremo periculo impavidus
BERNARDUS
Monſtro blandiùs furenti
Crucem opponit.
Nam quid timendum magis
Hoſti molliſſimo obijceret?
Hac veri Alcidis clava
Sordidam fugat,
Ac illicò deplumat Harpyam;
Et ignem domans igne,
Amoris caſti torre
Impura extinguit incendia:
Caſto triumphatori
Cives cœleſtes
Plaudite.
De vernantibus cœli viridariis
Manibus date lilia plenis,
Et lacteis aſtris
Nectite coronas.
Monſtrum immane potuerunt alii
Fugere,
BERNARDUS
Quod glorioſius,
Fugare.
Diſce mortalis;

In fluctu procelloſo lubricæ voluptatis
Anchora ſacra, Crux eſt.
Et lacteis aſtris vertici pudico
Galaxia tota tranſeat in coronam.

Concupiſcentiæ motus repreſſurus, ſe inter ſpinas volutat.

ELOGIUM XXXXV.

Germinent ſpinæ
Roſas;
Dumeta Acconæ
Florent decentiùs [a] in lilia
Has videlicet ſpinas,
Non cruor impudicus infecit,
Sed caſtiſſimi amantis
Sanguis pudicus ornavit.
Aſſertor caſtitatis
BERNARDUS
Armatam roſis Venerem
Jugulat ſpinis.
Nempè monſtrum molliſſimum,
Uti roſarum amans,
Ita impatiens ſpinarum.
Hæc caſti amoris tela,
Quibus noxii Cupidinis
Spicula inimica retundit.

[a] Cant. 2.

Nè florentiſſimam vineam ſuam
a Pſalm.79 Fędus aper[a] de ſylva exterminaret,
Solers agricola
b Matt.21. Hanc illi[b] ſepem circumdedit.
c Exod.3. Florido[c] in Sinæ rubo
Ignis innoxius exarſerit;
In Acconæ ſpineto
Virgineæ nives amicis flagrant incendiis,
Et de pudica flamma
Amori caſto teda,
Impuro rogus accenditur.
Dilectus tuus,
Caſtitas ſponſa,
d Cant.3. Candidus[d] ideò,
Quia lacteo in ſanguine rubicundus;
Rubicundus ideò,
Quia candidus.
e Cant.1. Lectulus veſter[e] floridus,
Quia ſpineus eſt.
Quiſquis molli in agone
Cum blanda dimicas voluptate,
Diſce;
In delicata pugna
Id unum coronare,
Quod cruciat.

Sacra

Digitized by Google

Sacra Bernardi gloria ex Italia univerſa multos trahit in Eremum.

ELOGIUM XXXXVI.

Obſcura Acconæ teſqua fruſtra quæris,
Ut lateas,
BERNARDI
Splendida humilitas.
Luminoſa lucerna
Vel de modio [a] te prodis; [a] Lucæ 11.
Et tuæ ſunt tibi tenebræ,
Candelabrum.
Quam in urbibus fugis,
Facis & in deſertis frequentiam.
Scilicèt virtus nunquam minus ſola eſt,
Quàm quùm ſola.
Seculi fluctuantis cęco in pelago errantes
Pharos fulgida invitat,
Quam ex Acconæ rupe
Ferventiſſima charitas ſuccendit.
Jam confluunt undequaque
Tuæ charitatis ad nundinas
Nundinatores gratiæ,
Et ferventibus ſemitis deſerti,
Jam lugent viæ dęſertæ Babylonis.
Scilicèt magnes cordium
Tenaciſſima charitas

Et ferreum poteſt orbem
Tui rapere in amores,
O BERNARDE.
Vocalis Amphion
Electus attrahis lapides
Vitæ ſuaviter modulatæ harmonia,
Cœleſti urbi Hieruſalem
Novam coloniam excitaturus.
Nobile per exilium,
Qui Cœli in patriam tendunt,
Te ſequuti glorioſum terræ transfugam,
Tuam ſe deportant in inſulam,
E littore portuoſo
Ad fortunatas inſulas ſoluturi.
Cultura tui
Nobilitata Eremus,
Floridæ uſque ad delicias innocentiæ
Migrat in viridarium;
Quò transfert excolenda Itala pietas,
Suæ germina lectiora ſanctitatis.

Oſten-

Oſtenditur Bernardo ſcala argentea cœlum uſque pertingens, in cujus ſummitate Jeſus, & Virgo Mater, plurimis in veſte candida per illam aſcendentibus.

ELOGIUM XXXXVII.

Quum jam ſub cœlo nihil ſupereſſet,
Quod vinceret,
Cœlum ipſum,
BERNARDO
Properat deditionem;
Apertis ultrò portis,
Ad [a] auream Civitatem — a Apoc. 21.
Scanſile per argentum
Invitat.
Quia patet
Dumtaxat [b] ingredientibus ſinè macula, — b Pſal. 19.
Viam lactea pretioſiorem
Candido de metallo ſubſternit;
Scilicèt una potens
Cœlum, terraſquè connectere
Candidis commeatibus
Innocentia.
Jam charitatis auro
A BERNARDO
Expùgnatum
Muralem offert machinam invaſuro,

Scalam argenteam:
a Matt. 11. Nempè libens[a] vim patitur,
Et amat occupari.
b Gen. 28. Semel [b] dormienti Jacob
Oſtenſa eſt ſcala cœli,
At excubiis cœleſtibus
Cuſtodita:
Vigilanti
BERNARDO
Incuſtodita patet;
Ut ſcias, pandi
Aſcenſuro.
c Cant. 8. Aſcende [c] de deſerto deliciis affluens
Nobilis triumphator,
Et ad triumphi cumulum
Captus Olympus accedat;
Jam occupata limina
Scandit militia tua.
Jam ſtellato de culmine te invitant
Cœleſtis Urbis Princeps,
Et Regina,
Incolam urbanum deſerti
Splendida civitate donaturi.
Viator;
d Gen. 28. O quam [d] terribilis eſt
locus iſte.
Hic domus Dei eſt,
Et porta cœli.

Digitized by Google

Ex Acconę deſerto
In cœlum laxatur iter.
Nempè non eſt ad aſtra mollis
E terris via;
Et nonniſi deſerta,
Et invia in ſolitudine
Vias cœleſtes invenias.
Sublime in Capitolium
Saltu venire,
Nè ſperes;
Per gradus
Senſim aſcenditur.

Latrante invidia tanquam ſuſpectus de hæreſi cum Sociis ad Summum Pontificem Joannem XXII. defertur, à quo citati Bernardus, & Ambroſius calumniam purgaturi Avenionem in Gallia proficiſcuntur.

ELOGIUM XXXXVIII.

Et quid in terris innoxium;
Quando & ipſa apud homines
Agitur rea læſæ Divinitatis
Religio?
Scilicèt
In BERNARDO

Syncera,
Et non larvata,
Malè agnita in regione non ſua,
Potuit inijcere ſuſpicionem piaculi:
Quicunque trita providè divertens à via
Novas, & ſecuriores
Semitas ſalutis ingreditur,
Apud turbam errantem
Facilè creditur deviaſſe:
Frumentum electiſſimum
Ignorantibus pretium
Terræ nundinatoribus
[a] Matt. 13. Potuit videri [a] zizania.
Dum primipilus Cœli
Novam militiam colligit
Cœlo militaturam,
Creditur perduellis
Fęderatum in cœlum conjuraſſe:
Per ſummam impudentiam
Arguitur medicus frænesis,
Quam phanatico in ſeculo
Venerat ſalubriùs curare.
Summa in te viſa piaculi,
BERNARDE,
Quòd cum prophanis ultrà non cõſentias;
Et quàm benè de Deo,
Tam de te male ſentias.
Te ſchiſmaticum ſuum
Deſerta

Deſerta juſtiùs tellus accuſaverit;
Eo quod prophana ritè diviſus à turba
Ab ejus partibus ſanctè deſciveris;
Et corrupta doctrina repudiata,
Atquè [a] abjuratis fabulis
Saniora amplexus dogmata
Te in gremium veritatis
Sancto divortio receperis.
Ite,
Crucis ſectarii,
Et ſeculi corrupti
Innocentiſſimi novatores;
Quos jam non vocat modò,
Sed citat ad amplexus
Vicaria in terris Divinitas.
Ite ſaniores animæ
Purgatiſſimo ſpiritu
Contagii ſuſpicionem purgaturæ.
Intaminata [b] Lilia
Florido de deſerto traducta
In ſolo amico Liliis
Per halitus ſuaves
Animas odoratas vindicate.
Ite [c] duo filii
OLEI,
Septem lucernas Domini accenſuri,
Caliginis calumniam diſſipate.

[a] Paul. 2 ad Tim. 4.

[b] Oſee 14.

[c] Zach. 4.

Ave-

Avenionem proficiſcenti occurrunt ſæpiùs Angeli ductores in via.

ELOGIUM II.

Dubiæ i ſecurus viæ,
Cui cœlum non inerrans
Præbet ductores ſuos.
Indices[a] viæ
Jam non obſcuras nubes expandit;
Sed non errantia ſydera demittit,
Lucernas[b] pedibus tuis,
Et lumen ſemitis tuis.
Ut tuos dirigat curſus
Non una officioſiùs exhibet Cynoſuram.
Nè cœco erres in pelago,
Cœleſtis Amor,
Qui facit flammam[c] ignis miniſtros ſuos,
Pharum tibi multiplicem accendit;
Et navigationis infidæ
Fidos comites addit
Aura Divini Spiritus
Zephyros ſuos.
Unus jam cuſtos tui
Cœlo amanti non ſufficit.
Novos peregrinanti
Sublimis aulæ proceres,
Cubicularios Numinis,
Aſſiduos

a Exod. 40.

b Pſal. 118.

c Paul. ad Hæb. 1.

Aſſiduos lateri ſtipatores adjungit.
Tot circa te luminibus evigilans,
Cuſtodia adeò ſolicita,
Prodit, quales theſauros
In te copioſiùs abdiderit.
Viator;
Luminoſo te filo de cœlo muni,
Nè inter ambiguos tramites
Implexus labyrinthus
Malè deceptum involvat.
In itinere lubrico,
Et ſcopuloſo
Cautus[a] veſtigia pedum greſſu ſuſpenſo conſidera; — [a] Job 13.
Ne fortè offendens[b] ad lapidem, — [b] Pſal. 90.
Quo doloſus callis abundat,
Quem in fictili vaſe[c] theſaurum ſervas, — [c] Paul. ad Cor. 4.
Effundas amiſſurus in via.

Eſurienti in itinere Angeli panem ſuppeditant.

ELOGIUM L.

Militi ſuo
Cœlum præbet annonam.
Ab horreis luminoſis
De frumento[d] electorum — [d] Zach. 9.
Panem

Panem copioſè ſuppeditat.
Aurea de ſpica Virginis
Frugem pretioſam
Panifex amor expreſſit.
Jam non pane vulgari,
a 3. Reg. 19 — Atquè [a] ſubcinericio
Paſcit avarus æther domeſticos ſuos;
Prodigus in delicias,
Ipſa de menſa Regis,
b Pſal. 80. — Ex adipe [b] frumenti,
Largè ambroſium communicat,
Et peregrinum;
c 3 Reg. 17 — Nequè [c] corvos plebejos,
Sed regias Jovis alites
Adhibet cupedinarias.
Succi plenioris dapem,
d Exod. 16 — Non [d] leviſſimum manna,
Rorant de Cœlo nubes
Lautiùs jam, & ſolidiùs nutrituræ.
Solers agricola
e Pſal. 125. — Copioſis [e] de manipulis tuis
Hanc tibi facis panis ubertatem.
f Gen. 3. — Veſcere [f] pane tuo,
Quem in jejunio, & lachrymis ſeminaſti.
g 3. Reg. 19 — Hujus in fortitudine [g] cibi ambula
ad montem Dei.
h S. Greg. hom. 3. — Quid [h] eſurientes filii
Amamus famem noſtram,

Et

Digitized by Google

Et cupimus[a] de ſiliquis ſaturari,
Dum Domus Patris panibus redundat?
Quarè argentum[b] appendimus,
Non in panibus,
Et improbum laborem,
Non in ſaturitate,
Habituri de Cœlo, ſinè commutatione,
Panes ſaturaturos?

a Lucæ 16.
b Iſaiæ 55.

Sathan, aſſumptà formâ Religioſi Anachoretæ, Bernardo occurrens, perfidè inſinuat, ut comtemptis imperiis Summi Pontificis, Acconam revertatur, & ab eo detectus, & deriſus fugatur.

ELOGIUM LI.

Fuſus toties, ac fractus,
Adhuc tamen indomitus,
Tartareus Proteus
Per novas formas
Nova certamina inſtaurat.
Experto malo ſuo,
Una
BERNARDUM
Capi religione,
Hanc ſacrilegè mendax,
Cogit

Cogit ſe, ſimulare.
Oblita lucis arma
Induit de armamentario tenebrarum,
Et ſplendidè mentitus
Squallidam anachoræſim,
Trahit in uſum perfidiæ
Meliorem ſupellectilem charitatis.
Nunquam ille mendacior,
Aut diſſimilior ſui,
Quàm quùm ſeſe,
Vel ſimulat,
Pœnitentem;
Ut jam nec placeat ſibi;
Et vel larvam umbratilem
Sibi inviſæ virtutis,
Utcunque ludens,
Exhorreat.
Fecialem ad pietatem ægrè compoſitus
Piis peregrinis addit ſe comitem viæ,
Ut recto abducat à tramite.
Deſertor Cœli
Se ſplendido mendacio
Cœli caduceatorem appellat;
Et pacificæ abuſus nomine legationis
Per ſummam impudentiam
Senſim ad defectionem ſolicitans,
Bellum aſtris indicit.
Minatur progredientibus
Probra

Digitized by Google

Probra, carceres;
Ipſam vel iram Numinis;
Et Numinis Vicarii dirè contẽptis imperiis,
In Eremum Acconæ reditum jubet.
Quid præter inſolentem contumaciam
Contumax ſuaderet protervitas?
Aut quid ageret Numini rebellis,
Niſi vices illius gerenti
In terris majeſtati detraheret?
Verùm proh ſtolidiſſimam panurgiam!
Quæ fucatis coloribus religionis
Ipſam fallere crederet ſanctitatem?
Utcunquè feliciſſimè mendax
Ambiguo verſipellis tam benè ludas
de coriò,
Niger Camaeleon,
Atquè colorem omnem facilè aſſumas;
Candorem tamen,
Uti colorem planè non tuum;
Fæliciter nunquam mentiaris.
Prodit loquela ipſa
Patrem mendacii.
Blandi eloquii ſub aura
Tumidum[a] Aquilonem
BERNARDUS
Statim deprehendit;
Et peſtifero ex halitu
Senſere emunctæ nares

a Jer. 1.

Cor-

Corruptiſſimi ſpiritus graveolentiam.
Quod detectus
Sub larva humilitatis,
Pudet
Patrem ſuperbiæ,
Atquè ridente cœlo,
Illætabilis Erebi
Profundiora quærit latibula.
Patrem turbidum tenebrarum
Cave
Sagax mortalitas,
Qui vèl luce
Impudentiùs
Ad tenebroſas artes
abutitur.

Summus Pontifex, deprehenſa ſtatim innocentia Bernardi, & illius admiratus ſanctitatem, honorificè exceptum, & gratiis cumulatum Hetruſcam in Eremum dimittit.

ELOGIUM LII.

Mirari potuiſſem
a Eccl. 15. Si mater a amantiſſima Religio
Sbbolem ſuam
Statim non agnoviſſet,

Et

Et teneriori cinctam amplexu
Sua protinùs ad ubera non admoviſſet.
Attratos ſibi ſiſti
Suos candidatos,
Non ſuſtinens
Sanctitas judicatura,
Vivæ vocis oracula ſuffragata,
Non uti deſertores
Objurgat,
Sed uti fęderatos
Salutat;
Et unius ambitus Crucis
Sanctè reos eſſe pronunciat.
Scilicèt à Sanctiſſimo Judice
Videri,
Probari fuit.
Quidnì janitor cœli
Cœli familiam ſtatim agnoſceret?
Purgatiſſimum Judicem
Spiritus ſuavis inhalans,
Odorata vicinia,
Graveolentiæ calumniam illicò expurgat.
Modeſtiſſimum transfuſus in vultum
Intimus nitor animi ſe prodit,
Labis arcanæ
Prophanam ſuſpicionem deterſurus.
Summus Sacerdos
Oblatas cœlo victimas,

Jam

Jam non dirè execratas,
Sed ritè dedicatas,
a Pſalm.62 Et benè [a] medullatas deprehendit.
Juſtus diſcretor pretii,
Quæſtor Divini Amoris,
Purgatæ aurum obryzum charitatis
Solo probat aſpectu,
b Pſalm.61. Quod mendaces [b] hominum filii,
Tanquam ſyncerum minùs
Suis à ſtateris rejecerant.
Quid enim diſtrictiori opus eſſet indagine,
Ubi patrona veritas peroraret?
In reis innocuis
Judex religioſus
Nec quid deprehendens minimum,
Quod condemnet,
Immò nec quod abſolvat;
Plurimum tamen invenit,
Quod & miretur,
Et amet;
Ut quamvis criminoſæ
Gratiam habeat calumniæ,
Eo quod amores ſuos
Potuerit, vel invita, conciliaſſe.
Sic calumnia in coronam,
In ſtuporem ſuſpicio,
In gloriam criminatio
Converſa eſt.

Sacra gloria,
BERNARDI,
Cui jam deerat Italia,
Complet & Galliam;
Quæ vel brevem hoſpitii gratiam
Longa veneratione rependens
Virtutem peregrinam
Adhuc adorat.
Agnoſce, Gallia,
Prima Senenſis ſemina ſanctitatis,
Quæ mox Senenſi [a] in Virgine robuſtior,
Auſu fælici,
Jactatam Petri navim
A Sequana reflectet in Tyberim,
Et poſt longa divortia
Numen Vicarium,
Glorioſo poſtliminio,
Viduato Vaticano reſtituet.

[a] D. Catharina Senen. Greg. XI. ſuaſit ab Avenione reditũ in Urbem.

Rediens in Italiam Bernardus à Nobili Viro Taurini hoſpitio recipitur, cujus Servus commiſſum à ſe furtum ſuggeſtione Diabolica perfidè impoſiturus Bernardo, argenteam pateram in ejus pera condit, cujus indicio actus reus furti manifeſti Bernardus, & carceri mancipatus, impetrata priùs furaci Servo venia, furem, ac furtum retegit, ſibi divinitùs revelata.

ELOGIUM LIII.

Inimicæ perfidiæ
Non ſatis uno in foro
Ream egiſſe
Innocentiam
Magiſtri tui fortunam
Expertus es,
BERNARDE.
Actus iterùm reus,
Traheris de ſacro
Ad prophanum.
Qui ſua prodegit omnia,
Arguitur, quod rapuerit aliena.
Trifur maſtigia, herum depeculatus
Patratum à ſe ſcelus
Hoſpiti innocentiſſimo imponit.
Improbitatem ſuam
Velat

Velat probè contexta
Callidus veterator calumnia.
Arcani indice furti,
Patera, argentea,
Quam in pera mendica divitis viatoris
Mendacium ſplèndidè coloraturus
Abdiderat,
Reum furti manifeſti
BERNARDUM
Impudens impoſtor coarguit.
Per jocoſas calumnias
Suo cum [a] Beniamin ludit
Divinus Amor.
Obſtupeſce,
Qui legis.
Ingenium ſuaviſſimum charitatis,
Quæ criminationibus laceſſita,
Adhuc reddit amores;
Et calumniam ulciſcitur
Beneficio.
Nempè qui [b] calcat oleam,
Ungitur oleo ejus.
Se neglécto,
BERNARDUS
Perfidi accuſatoris
Patronum agit.
Ratus ſcilicèt cauſam,
Tam perditam actoris,

a Gen. 44.

b Mich. 6

Quam bonam rei,
Non habens, quod defendat
In ſua,
Quærit jam quod excuſet
In aliena;
Et perorat facundiùs,
Non pro immunitate innocentiæ,
Sed pro impunitate perfidiæ.
Non auſus modeſtiſſimus poſtulator
Noxalem ſervum vocare in jus
Sinè venia.
Hac impetrata
Jam tutela inculpata
Nemini noxius
Propriæ patrocinatur innocentiæ.
Indigitante cœlo,
Furem arcanum retegit;
Et clandeſtino revelato facinore,
Innoxium culpæ,
Noxium ſubducit pœnæ.
Solare,
Quiſquis forte vexaris injuria
Divinus [a] Amans ærumnis
Probat amores:
Mendax [b] argentum terræ
Hoc igne [c] examinat Deus.
Hac in fornace
Metalli [d] pretium tentat;

Et

[a] Proverb. 13.

[b] Pſal. 11.

[c] Pſal. 65.

[d] Sap. 3.

Et anguſtiis purgantibus,
Frequentiùs repetita cenſura,
Scoriam[a] ad purum excoquit,
Septuplum[b] purgaturus.

[a] Iſaiæ 1.
[b] Pſal. 11.

Dum accuſatus furti detineretur in vinculis, habuit in carcere Angelos conſolatores.

ELOGIUM LIV.

An non fur ſagaciſſimus
BERNARDUS,
Qui vel ipſa, qua premitur,
Innoxia furti pęna
In pretioſam abutitur rapinam?
Eo,
Quo clauditur,
Carcere
Cœlites ipſos rapit;
Et Cœlum ipſum poteſt ſuffurari.
Manu vel compedita
Contrectat corda Superum;
Et vel captivus
Spiritus ingenuos
Suis vinculis captivat.
Nempè pretioſius auro
Ferrum illud pœnalium[c] vinculorum
Vincit corda cœleſtia,

[c] Auguſt. Serm. 29. de SS.

Et jam de ferro
Verſum in magnetem
Et aureas animas trahit.
Ex quo ambitioſa ærumnas
Suis in deliciis
Potuit habere divinitas,
Earum pretium Superi didicere;
Ut mentes beatiſſimæ
Hoc uno jam dolere videantur,
Quòd dolere non valeant.
In ſolatium negatæ voluptatis
Gaudent, ſaltem dolentibus
Condolere;
Et ærumnoſa ſaltem ſocietate
Participaturæ lætitiam,
Non ſinè invidia,
Laboranti innocentiæ ſuccollare.
Ideò
BERNARDI
Ad carcerem feſtinant.
Nempè ſimilitudine deceptæ,
Locum hunc tormentorum
Credere Paradiſum potuere.
Quinimmò verè hic carcer,
Paradiſus,
Ubi anima
BERNARDI
Educta[a] in latitudinem

[a] Pſalm.17

Suis

Suis beatur anguſtiis.
Nempè inſontibus animis,
Pati,
Beari eſt;
Et cruciato cruciari cum Amore,
Liquida voluptas amanti.
Ceù[a] lilium inter ſpinas
Dulces inter punctiones ærumnarum
Decentior candicat innocentia.
Manicas,
Quibus odiosè ſtringitur
BERNARDUS,
Stringens amanter
Preſſiùs oſculatur,
Uti ceſſuras capiti in coronam.
Funes illi[b] in præclaris ceciderunt.
Inſonti inter iniquos reputari,
Jucundum, & decorum;
Et probroſa dignari latronum ſorte
Quam nec vel ipſe erubuit Princeps gloriæ,
Glorioſum.
Hoc uno dignus ſibi videtur pęna,
Quod furax minus
Dilecti adhuc cor Numinis
Non ſurripuerit.
Subiraſcitur ideò
Languidæ nimium furacitati ſuæ;
Et per decora irritamenta pœnarum
Ad

a Cant. 2.

b Pſal. 15.

Ad glorioſam rapinam
Provocat, & accendit.
Guſtate amantes animæ,
Quia ſuavis eſt dolor.
Unum hunc ideò nobis,
Amans miſeriæ,
Ipſa potuit Divinitas invidiſſe.
Æternæ ad complementum voluptatis
Cœleſtis viridarii immortalibus roſis
Noſtra è terra traductas
Spinas inſervit;
Et aureas manus ſuas,
Poſthabitis[a] hyacinthis,
Plagis ornavit.

[a] Cant. 5.

Nobilis hoſpes Bernardi mira hac illius charitate, & vitæ ſanctimonia devinctus, ſuis bonis omnibus erogatis in pauperes, eum ſequitur in eremum.

ELOGIUM LV.

Hoſpes,
Famoſum in latronem incidiſti.
Cave tibi,
Non tuis.
Rapiunt ceteri humana,
Ipſos hic homines rapit.

In

In Acconæ deſerto,
Nactus ſuis oportunas latebras latrociniis,
Cordium rapinas exercet.
Omnia eum de repetundis accuſant;
Vel Cœlum ipſum
Cui potuit ſępiùs Numen ſuffurari.
Quin neque ſibi parcens,
Ipſum ſe
Rapuit ſibi.
Evenere.
Fur innoxius
BERNARDUS
Calumniam furti
Vero redimit furto;
Et latrocinandi libidine
Ipſa impóſiti criminis excuſatione fit reus,
Alienæ furacitatis oportunitate
Fæliciter abuſus
Cor hoſpitis arcanus contrectat;
Et dum ſublatà à ſervo reſtituit,
Clam adimit meliora.
Per inſidias amabiles nobilis hoſpes
Sentit ſe ſenſim rapi;
Et pectore expilato,
Jam ſe agnoſcit excordem.
Pretioſam prædam
Prædo ſagax vincit tenaciùs,
Et ſuas ſecùm in latebras Acconam trahit.
O be-

O benè hoſpitii gratiam
Amabilis rapinæ jactura lucroſiſſima
compenſatam!
O te fortunatiſſimum,
Viator,
Si talem in latronem offenderes?
Spoliat
Prædator nobilis,
Ut ditet;
Et terræ rapit,
Cœlo donaturus.

Vercellis Fœminam à malo ſpiritu obſeſſam aſpectu ſolo liberat.

ELOGIUM LVI.

Mirabar:
Si præſente
BERNARDO
Erebi monſtra graſſarentur impunè.
Quidni, conſpecto Alcide,
Cerberus palpitaret;
Et à facie veneficæ charitatis
Vel ipſa obriguiſſet Meduſa?
[a] Pſal. 57. Utcunque aſpis [a] maligna aures obtures,
Adhuc exaudis vocem incãtantis ſapiẽter,
Et imperatam fugam exequeris...
Vel

Vel in BERNARDI vultu
Potens elucet[a] digitus Dei.
Oris ſereni inperturbata tranquillitas
Fugat turbidum ſpiritum procellarum;
Et pater tenebrarum
Filium lucis non ſuſtinet.
Melioris Spiritus energumenus
Spiritui nequam
Sui reverentiam ingenerat;
Ut ſtare coram tanta majeſtate
Plebejum caput non valeat.
Dum in terrarum damna
Igneam[b] animam ſuam
Perfidus Avernus dilatat;
Suæ face charitatis
BERNARDUS
Licentioſa frænat incendia;
Et legem ponit igni,
Ne tranſeat[c] fines ſuos.
O qui ſpiritus nequam
Maligno premeris contubernio,
Diſce;
Odii curatio
Eſt amor.
Morboſum[d] jecur
Accenſæ ure carbonibus charitatis,
Et hoſpitem odioſum
Fumo ſalubri deturba;

Cui

a Exodi 8.

b Iſaiæ 5.

c Proverb. 8.

d Job 8.

Cui totis inferis ſuis,
Et ſua gravior gehenna,
Inviſæ ardor amabilis charitatis.

Reverſus in Eremum inſtituit Congregationem S. Mariæ Montis Oliveti, ipſa de Cœlo Virgine Deipara præbente veſtem candidam, & novæ Congregationis inſignia, ſcilicet ternos Montes cum Cruce purpurea media inter geminos ramos virentis olivæ.

ELOGIUM LVII.

Pulchræ ſobolis patrem
BERNARDUM
Filium ſibi
Virgo Mater adoptat.
Ideò novæ familiæ
Filii unigeniti glorioſa inſignia
communicat,
Crucem ſanguineam.
Videlicet hoc ſignum filiorum Dei;
Nec niſi [a] Cruce participata
Partæ nobis per Crucem
Cohæredes fieri poſſumus fęlicitatis
Novam Cœli Chriſtiani Galaxiam
Candida in ſobole

[a] S. Leo Serm. 9.

Inta-

Intactæ Matris lac pudicum
Accendit.
Ut maternus in filiis
Candor agnoſceretur,
Candidam illis veſtem contexuit;
Et Cœli candidatos
Stola innocentiæ,
Cœlo ſarcinatore, contexit.
Nempè hæc in Agni regia
Purpura eſt.
Excelſa novæ [a] domus poſuit in montibus fundamenta: [a] Pſalm.86
Scilicèt nonniſi per ardua
Gradus eſt in Empyrium.
Nè extinguatur [b] in nocte lucerna ejus [b] Prover.31
Virenti ex
OLIVETO
Lucem copioſè ſuppeditat
Mater,
Quæ quaſi [c] Oliva, ſpecioſa eſt. [c] Eccl. 24.
Veſtræ in circuitu Matris,
Sicut [d] novellæ [d] Pſalm. 127.
Olivarum,
Fælices creſcite filii;
Cœlum frondenti in Olea
Sacris athletis ſuis
Una oleum præparat,
Et coronam.

OLI-

OLIVAM
a Jer. 11. Uberem, ſpecioſam, [a] fructiferam
Domina
Nomen veſtrum vocavit.
Viator,
Procul à Paleſtina
In montibus Acconæ
Inveniſti
OLIVETUM.
Et hinc non procul Civitas Dei;
In illius finibus es.
b Pſal. 67. Scilicet [b] mons pacis,
Mons pinguis
Vicini cœli ſuburbium eſt.
c Zac. 14. Stant enim [c] pedes Domini
Super monte
OLIVARUM.

Virgo Deipara regulam S. Patris Benedicti de Cœlo præbet Bernardo, quam novæ ſuæ Congregationi obſervandam proponat.

ELOGIUM LVIII.

Utcunque ſis in omnibus glorioſiſſimus,
BENEDICTE,
Hoc ſatis tamen uno glorioſus videaris;
Quòd

Quòd leges præſcriptura
Novæ familiæ ſuæ
Divina Mater,
Tuas elegiſſe potuerit.
Quidni probaret Mater,
Quod tibi Filius dictaverat?
Ut ſcias,
In ſcriniis penetralibus Filii
Pretioſos codices cuſtodiri,
Illos de Cœlo promit.
Quia theſes tuæ
Veræ ſunt apophtegmata vitæ,
Ideò has proponit ſuis,
Vitæ genitrix,
Et magiſtra.
Teneros filios ſuos
Amantiſſima Mater
Cui cuſtodiendos crederet,
Niſi Patri aſcætarum?
Meruiſti,
Humilis fili,
Matri tuæ compater renunciari.
Sylvarum ſemidei,
Chironis ſapientiſſimi
Generoſæ committit diſciplinæ
Genitos in deſerto
Achylles ſuos.
Terribilis virago

Tan-

a Cant. 6. Tanquam caſtrorum [a] acies ordinata
Novam militiam ſuam
Locat in caſtris tuis;
b Cant. 3. Ubi electi manipuli, [b] & ad bella doctiſſimi
Militant ex fortiſſimis Iſraël.
Tuis vult munitam præſidiis,
c Cant. 4. Quæ edificata [c] cum propugnaculis,
Undè omnis fortium pendet armatura.
Fęcundiſſimo robori
Robuſtæ, & inconcuſſæ ſanctitatis,
Vegeto æquè, ac vetuſto
Naſcentes Oleas inoculat,
Inſitione pretioſa
Teneram ſanctitatem roboratura:
Fratres
Per omnia ſimiles,
Cognata Religione verè germanos;
Et æqualiter cœli candidatos,
Uno colore diſcrevit,
d Pſalm.44 Regina [d] Mater
Amabili circumdata varietate;
Nè
BENEDICTI
Cœlo
Inocciduis ſyderibus ſplendidè noctеſcenti
Sua deeſſet Galaxia.

Admi-

Admirabili demiſſione Congregationis ſuæ ſummam præfecturam recuſans, tandem poſt diuturnum certamen eidem Abbas Generalis licèt invitus præficitur.

ELOGIUM LIX.

O dignum cœlo ſpectatore certamen!
Pugnat cum filiis
Pater,
Æquè utrovis glorioſus,
Seù vincat,
Seù vincatur.
Poſcunt hunc illi
Ducem;
Amat ille dumtaxat, eſſe
Pater;
Illinc pugnat demiſſio,
Et illinc amor;
Hinc jubet virtus,
Hinc recuſat humilitas imperare.
Nullius honoris cupidus,
Uti omnium capax,
Quod meruiſſe ſtudet,
Contemnit poſſidere.
Hoc ipſo tamen,
Quòd ſplendidè contemnit,

Contempto dignior imperio.
Subiraſcitur luminoſæ virtuti ſuæ,
Quæ iiſdem eum prodat artibus,
Quibus quærit, latere.
Utcunquè invictus,
Nunc tamen expugnaberis,
BERNARDE.
Regia ſcilicèt virtus,
Et ſemper victrix,
In hoc meretur vinci,
Ut jubeatur cęteris imperare.
Dignus es planè,
Quem filii tui præeſſe cogerent ſibi,
Qui te tam benè ſubeſſe cogeres tibi.
Legem daturus,
Accipis;
Et ut imperes,
Pares.
Hoc uno tibi nomine
Facta pretioſa gloria dignitatis,
Quòd eam neceſſitate parendi
Pulchra demiſſio pepererit.
Mortalis,
Umbra virtutis,
Honor.
Sequax inſtat
Fugienti;
Et ambit

Non

Non ambientem.
Invadentem evadit,
Et amat contemnentes.
Hunc mereri,
Non valeas;
Niſi & tu pariter
Cogi ab eo merearis.

Bernardi, in ſumma moderatione, ſumma modeſtia.

ELOGIUM LX.

An recuſatam magis.
An ſuſceptam,
An geſtam,
Miremur à
BERNARDO
Præfecturam?
Moderatione partum
Eadem ſervat arte
Moderamen.
Qui paruit,
Ut imperaret;
Jam imperat,
Ut pareat.
Cõmiſſam ſibi benè tẽperaturus familiam
Splendidam demiſſionem

Digitized by Google

Miſcet amabiliſſimæ majeſtati;
Ita ut, licèt contrariæ,
Sibi invicem non detrahant
Princeps ſimul,
Et Pater;
Uti ſuperbum nimis
Odit Principis nomen;
Immò quia nimiū potens & nomen Patris,
Amat familiæ ſuæ
Pater eſſe,
Non dici;
Et humiliora nomina
Fratris, ac famuli juvant.
Factus de imperatore
Stationarius,
Et de Duce
Gregarius,
Nihil à cæteris,
Niſi virtute differens;
Sudorem miſcet, ac pulverem;
Et oneri imperato ſplendida cervice
ſuccollans,
Dum alienum laborem rigidus exactor
intendit,
Una particeps relevat.
Supremus legiſlator
Legibus paret ſuis;
Et parendi neceſſitatem;
Exem-

Exemplis generoſis,
Fortiter, & ſuaviter indicit.
Sic moderator aureus
Suam,
Dum tractat amantiùs,
Auream facit familiam,
Ut ſit amabilis moderatoris hiſtoria,
Quæ fuit de Mida fabula.
O quiſquis aliis præes,
Veras artes regnandi
Diſce
A' BERNARDO.
Ut obtemperent alii,
Tu tibi primus impera.
Sit laborioſum caput,
Ut ſuæ ſtertentia membra
Poſſit pudere ſocordiæ.

Singulari demiſſione oculorum languorem cauſans, ut commiſſum deponat Præſulatum, id à filiis amantibus impetrare non valet, ſed in eo perpetuò, donec vivit, confirmatur.

ELOGIUM LXI.

Utcunque cęteroqui perſpicaciſſimus
BERNARDE,

In hoc planè videris cœcutire,
Quod pluſquã meridianam virtutẽ tuam
Adeò malè diſcernas;
Poteſt eam tibi fulgida demiſſio
Luminoſa caligine obumbraſſe.
Deponendo regimini, adduci nulla potuit,
Oculorum languore,
Languidior, aut infirmior cauſatio.
Debueras juſtiùs lucem,
Qua ſplendidè caligas,
Incuſare.
Extima nocte fruſtra
Intimum tegas animi meridiem.
Quam te malè diſcernunt oculi tui,
Tam benè cernunt alieni;
Et licèt cœcus tibi videaris,
Non potes aliis Argus non videri.
Utcunque lippias,
A' te adhuc duci gaudet familia tua;
Cui nunquam viſus es magis oculeus,
Quàm quùm viſus es cœcus.
Amat regi in deſerto [a] populus tuus
Caliginoſæ nubis à columna.
Tenebricoſo marcore oculis noctefcẽtibus,
Supplet fulgida virtus de mente diem,
Amor de corde faces.
Videlicet mens, oculus.
Virgæ [b] ad aliorum regimen vigilantis.

a Exod.

b Jer. 1.

Eru-

Erubeſce libidinem dominandi
A turbido vapore fumi tui
Verè cœcata
Mortalitas.
Talpæ ambitioſæ,
Dum palpant in meridie,
Mentiuntur ſibi lucem,
Ut alios regant.
Aquilæ perſpicaces,
Dum diſcernunt in nocte,
Fingunt ſibi caliginem,
Ut ab aliis regantur.

Nova Bernardi Congregatio frequentibus donata cœnobiis per univerſam Italiam illicò propagatur.

ELOGIUM LXII.

Adeò humillima
[a] OLIVA — *a* Pſalm. 51
Expandit generoſos [b] palmites ſuos, — *b* Pſalm. 79.
Ut ſtatim verſa ſit in
OLIVETUM
Hetruria.
Jam radicata [c] in populo honorificato, — *c* Eccl. 24.
Veluti [d] terebynthus, — *d* Ibid.
Extendit ramos ſuos,

Ramos

Ramos honoris, & gratiæ.
Traducit circũquaq; niveas colonias ſuas,
Regia metropolis innocentiæ;
Et lacteo aſtrorum populo
Copioſiſſimè ſparſum
Totum Italum cœlum,
Galaxia eſt.
Amantes gaudent populi certatim
Sacram Acconæ eremum
Civitate donare;
Ut ſit jam omnis regio
Beatæ ſolitudinis,
Non diverſorium modò,
Sed domicilium.
Fuit hæc,
BERNARDE,
Decoræ tuæ
Sanctiſſima ſuperbia
Humilitatis.
Facta de[a] hyſſopo
[b] Cedrus;
Et quibus ſtudet unicè decreſcere;
Suas creſcens per anguſtias,
In gigantem adulta,
Extendit cum Sole manus.
Minutulus [c] lapillus
Exciſus ſinè manibus de Monte ſancto,
Illicò ſublimatus in montem,
Qui

a Reg. 4.
b Ezech. 17
c Daniel. 2.

Qui caput aſtris inſerens,
Toti terræ ſpectabilis
Jacentes circùm oras lucidè obumbrat;
Ut religioſo vertici
Non ſemel mox viſurus ſit orbis,
Ipſum recline [a] culmen Vaticani.
Minimum [b] granum ſinapis
Proceram adeò in arborem excrevit,
Ut vel Romano è Cœlo
Videam venientes [c] Aquilas regnatrices
In florentibus ramis habitaturas.
Utcunque impatiens gloriæ
BERNARDI
Humilis ſuſtine moderatio.
Acconæ eremum
Deus,
Non ad unius ornamentum Hetruriæ,
Sed ad delicias
Totius Chriſtiani Orbis elegit.

[a] SS. Pontifices Paulus III. & Pius II. Sacram Acconç Eremum inviſunt.
[b] Matt. 13.
[c] Carolus V. & Rex Neap. Alphonſus II. Acconam venerantur.

Celebre

Celebre Templum, & cœnobium Montis Oliveti in Eremo Acconæ Bernardo ædificante, inferni Lemures, aſſumpta Æthyopum forma, noctu evertentes, quod fuerat conſtructum interdiù, Bernardi precibus à Michaele Archangelo fugantur.

ELOGIUM LXIII.

Quam in Acconæ rupe
Sacram moliris arcem,
BERNARDE,
Tartarum premit.
Senſit, in ea parari
Armamentarium Cœlo,
Aſylum innocentiæ,
Inviſæ propugnaculum religioni.
Colligit ideò
Vires, ac virus ſuum;
Et profundis è latebris
Nigro populo excito
In ſua ſurgentem damna
Arcem hoſtilem aggreditur.
Non auſi tenebriones aperto Marte
Mænia invicta tentare.
Amica nocte tecti
Ex inſidiis arietant,
Et infernis cuniculis laxata

Coacta

Coacta tellus molem ambiguam excutere.
Incaſſum tamen
Arcem inexpugnabilem,
Et Cœlo fœderatam
Impotens oppugnas perfidia.
Videlicèt
BERNARDO
Totus militat æther;
Et copias auxiliares
Communem cauſam defenſurus
Suppeditat.
Fulminea lucis arma
Cœcus populus mortis
Suſtinere non valuit;
Et quò venerat expeditior ad pugnam,
Eò rediit levior ad fugam.
In triumphali ruina
Tropheum de victo Dite
Statuit victor
BERNARDUS;
Atquè ſtygiis tormentis quaſſata caſtra,
Famulantibus aſtris,
Inſtaurat.
Surge
Splendida moles,
Quam ipſi ſibi
Superi opifices poſuere,
In terris cum hominibus habitaturi.
Injurii

Injurii temporis damna ruinoſa
Nè metue,
Cui in [a] montibus ſanctis,
De lapide [b] angulari,
Fundamenta [c] poſuit
Æternitas.

a Pſalm. 86
b Pſal. 117.
c Pſal. 47.

Stephanum de Lugano cementarium inter templi ruinas caſu lethali extinctum ſolo contactu pectoris mirè in vitam revocat.

ELOGIUM LXIV.

Tu quoquè,
Infracta licèt, & invicta,
Fęderato cum Erebo expugnata
Moſtrorum domitori
Auges triumphi pompam,
Libitina.
De curru tuo dejecta
Vel tuæ mole [d] victoriæ
Oppreſſa es;
Et miſero ſpoliata trophæo,
Captivum tuum
Reddere coacta victori.
Utcunque ſurda,
Et cœca,

d Paul. 1 ad Cor. 15.

Metuen-

Digitized by Google

Metuenda ſentis imperia,
Et tuæ damna jacturæ,
Non ſiccis oculis,
Cogeris intueri.
Medicus[a] prodigioſus,
BERNARDUS,
Et nunquam ſerus,
Oportunus vel mortuo,
Accurrit curaturus.
Extincto ſalutarem applicat manum,
Non ut exploret numerum venæ;
Sed ut cordi
Venatum venæ quantumvis aridæ,
Purpureum jam oblitæ curſum vitæ
Vivificus contactus reſtituat.
Igne vitali,
Quem ſinè fabuloſo Promethei furto
A Sole ſempiterno ſubtraxit,
Gelidum vitæ focum,
Reparatis ardoribus,
Accendit.
Totius corporis mole
Mortem
Victor oppreſſerit.
[b] Eliſeus;
Solis
BERNARDUS
Digitis,

Largè

[a] Pſal. 87.

[b] 4 Reg. 4.

Largè vitam ſtillantibus,
Monſtrum robuſtum proſternit.
[a] Exodi 17. Percuſſa[a] è petra
Moyſes
Liquores expreſſerit;
BERNARDUS
Tacto arido fonte cordis
Vivas elicit aquas
[b] Joann. 4. Iterum[b] ſalientes in vitam.
Digitus operoſus
De pluſquam Gordiis nodis Libitinæ
Stamina diſrupta connectens
Solvit vitæ divortia.

Auri vis ingens Diabolico præſtigio in fundamentis novi cœnobii reperta, Bernardo illam ſignante ſigno Crucis, protinùs evaneſcit.

ELOGIUM LXV.

Fruſtra improba avarities
BERNARDUM
Auro ſolicitas;
Cui ſola in pretio
Mendicitas.
Tuum tibi aurum habeto,
Spiritus nequam.

Opu-

Opulentiſſima hæreditate
Luxurioſè profuſa,
Æterno addictus carceri
Decoctor,
Mendax æquè, ac mendicus,
Quæ dare dona poſſis
In ſumma omnium bonorum inopia?
Callidus præſtigiator
Decipis ſpecie veri;
Et confugiens ad fulgida artis fumoſæ
mendacia
Quiſquilias tuas Tartareis in caminis
inauras.
Fruſtra pretioſa ſomnia
Vigilanti oſtentas
BERNARDO.
Senſit ſcilicèt ille
Protinùs aurum [a] veniens ab Aquilone; [a] Job 37.
Et juſtus æſtimator
In ſtatera Crucis appenſum
Invenit minus [b] habens metallum tuum. [b] Daniel 5.
In Petra [c] Chriſto, [c] Paul. 1 ad cor. 10.
Velut in Lydio lapide,
Synceri indice boni
Auri mendacis
Lucem doloſam examinat;
Et [d] Avernalem ſcoriam [d] Iſaiæ 1.
Obryzò ab auro diſcernit.
Cave Subdo-

Subdolum graſſatorem;
Quiſquis theſaurum portas in via.
Suis diſſipatis,
Bonis inhiat alienis,
Rapit ille,
Dum donat;
Et dum ditat,
Expoliat.

Sæpiùs viſus, dum orat, raptus in extaſim in cœlum toto corpore ferri.

ELOGIUM LXVI.

a Cant. 3.

Quis[a] eſt iſte,
Qui aſcendit de deſerto,
Sicut virgula fumi
Ex aromatibus myrrhæ, & thuris?
Divini amoris æſtu
BERNARDUS
Suaviſſimè vaporatus
Ex hypocauſto cordis
Odoratam in nubem
Senſim attollitur.
Penſilis circumfuſo ardet ſublimis in aere
Accenſæ igneum phænomenon charitatis.
Cuniculis amoris
Laxatum cor,

Accona

Arcana eructans incendia
Amantem totum
Surſum violentiùs impellit.
Habet & ſanctus Amor
Dædalos ſuos,
Quibus volucre Numen
Precarias alas ſuas
Præpetem ad volatum accomodat:
Has Icariæ non timidas ruinæ,
Quia non cereæ,
Sed flammeæ,
Solis propioris ardor
Roborat,
Non deplumat.
BERNARDUS,
Uti[a] gigas,
Exultat ad currendas negatas homini vias.
Vim illaturus Olympo,
Non à tellure gradus,
Sed ipſo è cœlo machinas
Deducit.
Ratus;
Non aliis machinis
Cœlum invadi poſſe,
Quàm ſuis.
Rapit indè ignem alitem,
Quo rapiendus viciſſim,
Aſtra expugnata conſcendat;

[a] Pſal. 18.

Et ſeſe ipſum in cœlum,
Igneum veluti telum,
Jaculatur.
Auſu fęlici
Cœli occupans ſuburbia,
Mobili in elemento ſtationarius
Muros ſydereos ſtricta obſidione premit,
Et ipſo ſe
Vicinus arietat.
Terræ transfuga nobilis,
Volucri poſtliminio,
Cœlo reſtitui contendit.
Ingenuus animus,
Terreno ergaſtulo major,
Indignatus anguſtias,
Impete facto,
In libertatem cœli,
Et ſeſe,
Et carcerem
Rapit.
Spiritus æſtuantis participatis ardoribus,
Caro torpens igneſcit;
Et animi actuoſi extemplo abiens in mores,
Per inane elementum paſſibus æquis
Agilis
Fugientem inſequitur.
Nempè quò corpus properaret,
Niſi ubi ſocius animus habitaret?

Avis

Avis hæc Paradiſi
Cœli divortia non ſuſtinet.
Aquila [a] generoſa
Sublimem [b] ad volatum ſe provocat,
Solem divinitatis
Propiùs contemplatura;
Et ut ponat in arduis [c] nidum ſuum
Hic ſuis librata pennis,
Cœlo, terræque ſequeſtra,
Vero proxima Jovi
Fulmina amoris miniſtrat,
Amantis Numinis,
Non tonantis,
Armigera.
Diſce.
Aurei vis magnetica cœli
Non attrahit ferreas animas,
Sed aureas.
[d] Ventoſæ,
Ac leves animæ
Ferri in ſublime,
Nè ſperent.
Non conſcendit [e] ſuperna,
Niſi qui priùs ad ima deſcenderit.
Divini Amoris pondus
Gravitat ſurſum;
Et dum premit,
Suaviter attollit.

a Iſaiæ 40.
b Deut. 32.
c Job 39.
d Eccl. 34.
e Eccl. 34.

Feria ſexta majoris hebdomadæ juxta imaginem Jeſu Crucifixi ardentiùs orans, viſus eſt ſurſum corpore raptus Cruci diutiùs adhærere.

ELOGIUM LXVII.

Dum fervet æſtas amoris
In torrido ſolſtitio charitatis,
Quidni de acerra Crucis
[a] Cant. 5. Tecum, myrrha [a] electiſſima,
O dilecte,
[b] Cant. 3. Thus [b] quoque amantis animæ vaporaret?
[c] Joann. 12 Cum à terra [c] exaltatus
Omnia ad te traxeris,
Quidni & BERNARDUM
Attraheres?
Non trahitur tamen ille,
[d] Cant. 1. Sed [d] currit,
In odorem ſuavium tormentorum tuorũ.
Scilicèt centrum amoris,
Pati;
Atquè ſuo cruciari cum amore
Animæ amantis voluptas eſt.
Dum tua, penſilis ardor,
Fixus quieſcis iu ſphera,
An non eò igneus amans properaret?
Tenaciſſimus magnes
Anima-

Animarum ſuaviter languentium,
Lignum [a] vitæ, [a] Apoc. 22.
Crux tua;
Et quem ad ſe non traxerit,
Quę vel [b] te lapidem angularem attraxit? [b] Isaiæ 24.
Scanſili hac machina,
Quam ad deſcenſum tibi comparaſti,
BERNARDUS
Ad aſcenſum abutitur,
Et per trabalia pondera,
Quæ te premunt,
Attollitur.
Qui ſiſtunt pennas tuas,
Volucer Amor,
Addunt amanti pennas
Clavi tui.
Terræ
BERNARDUM
Rapit,
Qui te potuit rapuiſſe
Igneus hic [c] currus tuus. [c] 4 Reg. 2.
Turtur nidificaturus
Convolat ad feralem arborem mortis,
Ubi & tu,
Vita,
Nidificas.
Suæ charitatis aurum
Ad trutinam amabilem exploraturus,

Qua exploratum & tuum,
Tua jam pendet libratus de ſtatera.
Palmites generoſos humilis attollit
OLIVA,
Cruento ligno pacis adhæſura;
a Joann. 15 Et[a] feſſæ viti,
b Cant. 1. A' qua pendet maturus [b] botrus Cypri,
Per tenaces amplexus ſeſe amãtiùs maritat.
Profert & illa
In copioſa vindemia
c Iſaiæ 5. Sub [c] torculari tuo
Calcandas oleas ſuas,
Ut oleum ſuum
Uvæ pretioſæ ſanguini permiſceat.
d Cant. 8. [d]Aſcende
De deſerto deliciis affluens
Innixa ſuper Dilectum tuum
BERNARDI
Amantis anima;
Aſcende
e Cant. 4. Ad montem [e] myrrhæ
f Cant. 5. Tuo [f] meſſura cum ſponſo
Myrrham tuam;
Aſcende
g Cant. 7. Inciſam [g] palmam
Suaviſſimum fructum apprehenſura,
Et vulneris pretioſi
Fœcundo ab ubere inebriare,
Cujus

Cujus ſunt[a] emiſſiones [a] Cant. 4.
Paradiſus malorum punicorum.
Aſcende
In Turrim[b] David; [b] Ibid.
Undè clypeus inexpugnabilis,
Et omnis fortium pendet armatura.
Per[c] aſcenſum purpureum, [c] Cant. 3.
Quem propter filias Hieruſalem
media charitate conſtravit,
Aſcende
Ad lectulum Salomonis.
Inveniſti dilectum
In[d] accubitu ſuo, [d] Cant. 1.
In delicioſo[e] reclinatorio ſuo. [e] Cant. 3.
Inveniſti,
Ubi cubat[f] in meridie. [f] Cant. 1.
Non ultra[g] declinabit, aut tranſibit. [g] Cant. 5.
Ardentiſſima charitas,
Nè valeat jam ulteriùs avolare,
Deplumavit Amorem
Flammis ſuis;
Atquè defixum tenet
Telis ſuis.
Mortalis;
Excelſa una, ac ſublimis arbor Crucis
Securò commeatu
Cœlum, terraſquè connectit.
Aſcenſurus de terra,
Aliunde gradus, Quam

Quam nova è ſcala Jacob,
Nè ſpera;
a Lucæ 24. Quam[a] & ſcādere oportuit Regem gloriæ,
In gloriam ſuam
E' jacentibus terris reverſurum.
Scilicet Sol juſtitiæ
Nunquam ſuo magis eminens in Zodiaco,
Quàm quùm ſublimi in ſigno
Viſus eſt maximè declinaſſe.

Eadem die Jeſus Crucifixus amanter cum Bernardo colloquitur.

ELOGIUM LXVIII.

b 1 Reg. 3. Loquere[b] Domine,
Quia audit ſervus tuus.
c Cant. 2. Sonet[c] vox tua in auribus meis;
Vox enim tua dulcis.
Utcunque tibi
d Pſalm. 68 Fel[d] dederit in eſcam
Perfida, & ingrata mortalitas,
Et ſitim tuam potaverit aceto,
e Cant. 4. Facta ſunt[e] lac, & mel
Sub lingua tua.
f Pſalm. 103 Non[f] ultra vox tonitrui,
Vox tua,
Sed lenis murmur auræ,

Qua

Qua flante, ſilet ſpiritus procellæ.
Non[a] ut olim de Sina
In bellico clangore buccinæ formidàbilis
Ignea de nube tonas:
In monte pacis
Humiliatum[b] eſt verbum tuum.
Muſicam docuit
Amor;
Et factum dulce,
Ceu[c] vox cytharizantis,
Tuæ de cythara Crucis,
Eloquium tuum.
Quam hoc in monte
[d]Meſſuiſti
De Myrrha
Suavitatem contraxit
Spiritus tuus.
Licèt[e] ut agnus innocens
Ductus ad occiſionem,
Os nunquam aperueris,
Tamen Verbum amabile
Nunquam loquutum es
Amantiùs,
Aut facundiùs.
Scilicet nunquam à Patre magis
Exaudita[f] vox Verbi,
Quàm quùm ad aras immolatũ ut victima,
Viſum, obmutuiſſe.

a Exodi 19

b Paul. ad Philip. 2.

c Apoc. 14.

d Cant. 5.

e Iſaiæ 53.

f Paul. ad Hæb. 5.

Immò

Immò ut eſſes vocalius,
Nova immolator
Ora recluſit amor.
Et ipſum pectus hiat
Cordata amantium lingua loquuturum.
a Gen. 4. [a]Clamat,
Abel innoxius,
Loquax vel ſanguis tuus
Fratri effuſori veniam exoraturus.
b Cant. 8. Audiam [b] & ego,
Domine,
Vocem tuam.
c Cant. 2. Fęcundæ advenit[c] tempus putationis,
Apparuerunt flores,
Vox turturis audiatur in terra noſtra.
Quia fax eſt charitatis
Eloquium tuum,
d Pſalm. 118. Ignitum [d] vehementer;
e Cant. 5. Dum [e] loqueris
Liquefit anima mea.
f Paul. ad Hæb. 4. Sagitta [f] amoris efficax,
Acutus ſermo tuus,
g Apoc. 1. Omni [g] ancipiti gladio penetrabilior,
Cor vitaliter ſauciat,
Atquè dividit animam,
Dum connectit.
Loquere,
Ut moriatur,

Et

Et vivat,
Anima mea.
Ita tuo cum Amore
Amans,
BERNARDE,
Colloqueris.
Sic tu[a] dilecto tuo,
Et ad te converſio ejus.

[a] Cant. 7.

A Chriſto Crucifixo multa arcana, & futura Bernardo revelantur.

ELOGIUM LXIX.

Quid te latere poſſit,
O' BERNARDE,
Cui jam de feneſtrato pectore Numinis
Vel ipſum patet cor
Divinitatis?
Immò & lacero è corde
Vel ipſa cordis panditur medulla?
Lege ſecurus
Arcani hiſtoriam fati
In aperto breviario æternitatis.
Occiſus[b] Agnus
Clauſum en tibi librum reſeravit;
Atquè ſanguine ſuo
Signacula adamantina reſolvit.
Age

[b] Apoc. 5.

Age aruſpex non vanus,
Agni immolati
Veracibus ab extis, ariolare.
a Exech. 3. Vora [a] amarum volumen,
Ut dulcibus, quos claudit, veritatis
ſermonibus
b Apoc. 10. Prophetaturus [b] gentibus implearis.
c Exech. 17 Aquila grandis [c] magnarum alarum
De ſciſſa cedro Libani
Medullam tolle.
Aperto in corde Solis Meridiani
Fige immotam pupillam.
Hinc de latebris luminoſis,
Prome abſconditos dies;
Atque totam revolve
Cęcorum ſeriem lucidam ſeculorum.
d Apoc. 22 Nox [d] tibi ultra non erit,
Cui cruento de vellere luminoſior,
e Apoc. 21. Extinctus [e] Agnus
Inextinguibilis lucerna eſt.
Cane, verax Columba,
Quæ non de Dodonæa,
Sed de Solyma quercu,
Didiciſti;
Et quæ ad fontes fatidicos veri Jovis
Bibiſti oracula,
Eructa.

Cœlitus illuſtratus noſcit ſecreta cordium, & arcanas cogitatiomes revelans, multos in viam ſalutis revocat.

ELOGIUM LXX.

Accuſaverit Cynicus
Providam injurius naturam;
Quòd minus prudens,
Seù nimis invida,
Humana pectora non feneſtraverit.
Quæ ſagax cancellavit natura,
Sagacior terebrat gratia,
Et revoluto ſipario
Nuda mortalium corda pandit
BERNARDO.
Scrutator[a] cordium Deus
Suggerit ſcrutaturo
Lucernas[b] ſuas.
Nam quid latere vellet
Pupillam[c] oculi ſui?
Divini Solis
Participata luce
Ambiguos characteres
Legit ſecurus
Ambigua cordis in pagina.
Ipſo Lynce,
Vel Argo

a Pſalm. 7
b Soph. 1.
c Zach. 2.

Per-

Digitized by Google

Perſpicacior
Conclave animi penetrat;
Et cœca illius veſtigia
Profundo in corde veſtigat.
Ratus,
Acceptam cœlo victimam
Eſſe ſana præcordia;
Hæc
Solers victimarius
Medullitùs examinat,
Et haruſpex non vanus
E pectoris cortina,
Et fatidicis extis
Penetralia promit arcana.
In [a] latibulis cordis
Non ultrà impunè cum patre tenebroſo
Cœca monſtra nidificent:
Patent
Oculatiſſimo [b] venatori.
Sordida,
Ut pudeat ſui,
Inviſam profert in lucem;
Et profundis è latebris diſcuſſa obſcuritate,
Adimit timido [c] ſceleri ſecuritatem.
Sacer Alcides
Fędum ſtabulum Augiæ,
Non dextera,
Sed oculis,

Faciliùs

[a] Pſalm. 57.
[b] Jer. 6.
[c] Sap. 17.

Digitized by Google

Faciliùs, ac fęlicius expurgat.
Medicus animarum
Ratus
Lethale virus animi laborantis
Arcanam cordis [a] in ſentinam coire; — [a] Pſal. 17.
Non venas extimas,
Sed vitæ intimum fontem
Explorat,
Nec tactu,
Sed obtutu;
Et non ferreo,
Sed aureo
Oculi curatoris armatus radio,
Animum puſtulatum dulciter pungit,
Sanioſam cordis vomicam purgaturus.
Sanat
Salubri faſcino
Medicata pupilla;
Et corrigit,
Dum conſpicit,
Et dum luſtrat,
Illuſtrat.
Mortalis,
In adytis [b] penetralibus cordis — [b] Iſaiæ 29.
Fruſtra latebras quæris.
Quem noctis timeat gradum
Solis [c] æterni pupilla? — [c] Eccl. 23.
Stat poſt [d] parietem noſtrum — [d] Cant. 2.

Divinus

Divinus Amor,
Reſpiciens per feneſtras,
Proſpiciens per cancellos,
a Eccl. 17. Et [a] cor,
Non faciem
Attentus ſpeculator explorat.
Quæſitor verſat ſecretam cordis urnam,
Et ad calculos vocans amores tuos,
Per ſingula momenta
Calculos arcanos examinat.
Oculiſſimus cęcus,
Vel minutulas atomos
b Pſalm. 10 Palpebris [b] acutis interrogat;
Et ſenſus vel leviſſimos
Trutina cenſoria penſiculat.
c Pſalm. 2. [c] Ridet
d Pſal. 62. Terræ [d] vulpeculas
e Jer. 16. Venator [e] Deus;
Et dum incautas intra nota latibula
Diſſimulat,
f Proverb. 1 Jucundam [f] ſibi ſervat
In capturam.

Pro-

Digitized by Google

ELOGIUM LXXI.

O quiſquis es ſanctè curioſus futuri.
Propera ad antra Acconæ,
Quò jam fæliciùs Cumæ demigrarunt.
Hic in luco ſilenti,
Non Dodonæa de quercu,
Sed de ſacris Olivis
Fata,
Jovis interpres
Hetruſca canit Columba;
Et pretioſiori e tripode
Verax reſpondet Apollo
Non inſano furore,
Sed ſano actus amore.
BERNARDUS
Æſtro divino percitus
Divinat.
Ceù [a] palpebræ diluculi,
Oculi ejus;
Aquila perſpicax [b] perſpicit de longè;
Neque in ambiguo ſyderum vultu,
Sed clara in luce Solis
Cœcam deprehendit fortunam.
Dubiam non judicat [c] per caliginem,
Sed divinæ per ſpeculum claritatis,

a Job 40.
b Job 39.
c Job 22.

Google

[a] Paul. ad Cor. 13.

Perſpicuè, [a] non in ænigmate
Remotiſſima quæque diſcernit;
Et omnia legit
Conſpector [b] ſeculorum
Diſtincta in ephemeride æternitatis.

[b] Eccl. 36.

Lector;
Ut tu quoque de te non vanè hariolerìs,
Conſule ephemerides tuas.
Tua ſcribis ibi fata.
De præſentibus illinc,
Facile præſentias futura.
Scilicet
Quæ nunc ſeris,
Sunt non mendacia ſemina venturi.
Nam [c] quæ ſeris,
Et metes.
Qui aras [d] impietatem,
Metes iniquitatem,
Et comedes frugem mendacii.

[c] Paul. ad Galat. 6.

[d] Oſee 10.

Fratrem Marinum de Pariſiis incurabili morbo claudicantem miraculosè ſanat.

ELOGIUM LXXII.

Marcidum fratris pedem,
BERNARDE,
Non alio cataplaſmate curas,
Quam

Quam quo languores omnes ſanas
[a]OLEO
Tuo.
Fruſtra ab aliis quæſitum
Sapientiſſimus Chiron
Inveniſti
In frondibus domeſticis deſerti tui
Panchreſtum ſalutare,
Et liquido [b] in malagmate
Lapidem philoſophicum medicorum.
Sola oris medicati majeſtas
Omnibus morbis
Quantumvis impudetibus, & pertinacibus
Sui reverentiam ingenerat,
Ut quos pudere poſſit
A facie ſaluberrimæ charitatis.
Rectas Domini vias
Salebroſa in eremo præparaturus,
Nec exteriora pedum quidem
Vales diſtorta tolerare veſtigia,
Nec, quam curris,
In ſemita
Affecto crure quemquam [c] claudicare.
Ratus
Callidum luctatorem
Pedes primum captare,
Hos ideò ſolidas oportunè.
Viator ì

Robo-

[a] Marci 1.
[b] Sap. 16.
[c] Pſal. 17.

Digitized by Google

a Iſaiæ 1. Robora[a] genua debilia;
b Pſal. 48. Nec te circundet[b] iniquitas calcanei tui.
Ardua,
Atque prolixa cœli via
Claudos non patitur viatores.
Et qui femore ſtupido
Olympi
Ludas Olympia?
Cœleſtem Sponſum
c Cant. 2. Aſſimilatum[c] hinnulo cervorum
Infirmo pede ſequi,
Ne ſpera.
Sint, ut dilecti,
d Cant. 5. Pariter[d] crura tua,
Ut columnæ marmoreæ,
Solido ex auro baſes, ſint plantæ.
e Daniel. 2. Utcunque[e] ex auro caput,
Triplici ex ære pectus,
Si pes tamen[f] ſit fictilis, & fragilis,
Periiſti.
f Pſal. 101. Abſciſſus[g] inimico de monte
Vel leviſſimus calculus,
Molem ſuperbam comminuet.
Lubricas, lapidoſas,
Ambiguas vitæ vias,
Quicunque fugax dubio crure decurris,
Facile corruas.
Diſceſſurus è mundo Deus

De

De una viſus in ſuis pedum, procuratione [a] Joan. 13.
ſolicitus,
Quos roborat,
Quod abluit;
Et exportatis reliquis,
Sua reliquit in terris [b] veſtigia; [b] Zac. 14.
Ut vacillantes firmaret.

Fratrem Pacificum lethaliter vulneratum prodigioſè curat.

ELOGIUM LXXIII.

Quàm tua te recreant vulnera,
Tam diſcruciant aliena,
Quia non vulnera amoris,
O BERNARDE.
Ideò hæc lenire juvat,
Propria exulceraturum.
Non Cretæa captum ab Ida,
Sed veri è monte Jovis,
Accona tuo,
Mulcentem profers dictamum,
Et odoriferam Panacæam;
Et vitale opobalſamum,
Infundis oleum tuum.
Si cordis vulnus,
Amor;

Vulnus vulnere curas.
Benè ulceroſi cordis vitalem plagam
Applicas vulneratus vulnerato,
Et ſanas, ſuaviſſimè ſauciaturus.
Quiſquis corde plagoſo
Foves arcana vulnera,
Sine,
Caſtus de cœlo te ſauciet amor.
Cœcum, ſed inerrantem ſagittarium
Ad amabiles iras accende;
Cujus[a] in vulnere
Salus.
Ut[b] refloreſcat, ceù parvuli,
Leproſa [c]caro tua,
Deterge te baptiſmo charitatis.
Baptizat hæc
Benè renovatura
Liquido [d]in igne cordis,
Ignea in aqua oculorum.
His [e]lavare,
Mundaberis.
Salutaribus facibus aduſta
Ulcera [f]putrida
Occalleſcent in ſydera.

a Job 5.
b Pſal. 17.
c 4. Reg. 5.
d Matt. 5.
e 4 Reg. 5.
f Pſalm. 37

Solæ

Solę Bernardi veſtes mirè ſanant febricitantes.

ELOGIUM LXXIV.

Effuſiſſima charitas
BERNARDI
Amabili contagio
Veſtes etiam infecit,
Quam ſalubriter ſtillent,
Induunt & ipſæ vitam.
Animæ medicatæ
Optimis[a] fragrantes unguentis, [a] Cant.
Et oleo vitali perfuſæ,
Sunt etiam ipſæ medicæ, & ſalutares.
Iſtas diceres veſtes
De penſis pretioſioribus Parcarum
Stamine vitali contextas.
Pertinax febris
Medici vel pallium
Non ſuſtinet;
Et aſperi indumenti
Leviſſimo contactu jugulatur.
Ignei[b] pallium Eliæ [b] 4 Reg. 2.
Tumidas frænaverit aquas;
Nivei veſtis
BERNARDI
Baccantes premit ardores.

Dat

Digitized by Google

[a] Pſal. 147.

Dat illa, ſicut[a] nivem,
Candidam lanam ſuam,
Ut noxia extinguat incendia.
Illum dumtaxat hæc lana fovet ignem,
Qui nivibus ſcit fidem ſervare.
Pannoſa in ſupellectile ſua
Pretioſas vitas
Avidiſſima charitas nundinatur;
Atquè laceris veſtibus,
Pro faſciis,
Ad curationem abutitur.
O verè opulentiſſimam mendicitatem!
Quæ pauperis
BERNARDI
Laceris dives ſatis,
Atquè contenta ſpoliis;
Nec aurea Phryxi vellera
Aſtris pretioſis invideat.

Imperat febri quartanæ, ut diſcedat a fratre, cui nomen Bonus, & illicò relinquit eum febris.

ELOGIUM LXXV.

[b] Pſal. 148.

Quis[a] eſt hic,
Quia ignis, glacies faciunt verbum ejus?
Murmure arcano vocis
Placare

Placare [a] monſtra potes,
O' BERNARDE;
Ut flavit [b] ſpirititus tuus,
Refluentis Euripi
Reciprocans procella deferbuit.
Quartana febris,
Obſtinata, cunctatrix,
Cædere neſcia,
Et gelidis ardoribus urere pertinax,
Protinùs [c] ab increpatione tua fugit.
Moroſi flammam ignis
Alterna per incendia,
De cinere doloſo renaſcentem
Nivea vox [d] intercidit.
Super oleum [e] ſalubres ſermones tui,
Vel ipſi tuæ,
Sunt jacula vitalia charitatis.
Purgati eloquii
Sonus medicatus
Venas tenaci expurgat à veneno;
Et [g] ad muſicos modos
Vocis ſuaviter modulatæ,
Diſſono temperato humorum choro,
Dulcis ab aura ſpiritus,
Reddita,
Quæ ſiluerat,
Vitalibus in organis harmonia.
Non ab Indico littore,

Aut

[a] Eccl. 45.
[b] Pſal. 147.
[c] Pſal. 103
[d] Pſal. 28.
[e] Pſal. 54.
[f] Pſalm. 11
[g] Eccl. 44.

Aut nido fabuloſo Phænicis
Peregrinum pulverem promis
Æſtus baccantis
Lymphaticam licentiam repreſſurus;
Sed tuo de promptuario,
[a] Pſal. 101 Quem[a] manducas, ut panem,
Cinerem tuum;
Et cinere leviorem
Salubris ſonitum vocis.
O qui de quarto in quartum
Vitii recrudeſcentis
Æſtu reciprocante febricitas;
Cave;
Recidivus decubitus
Interimet:
[b] Joann. 11 Eſt hæc ad[b] mortem infirmitas.
Senſim lentis ſandapilis
Properas ad ſepulchrum.
[c] Proverb. 26. Eſt quaſi[c] nix in æſtu,
[d] Pſal. 72. Quaſi fulgur pertranſiens,
Quaſi[d] ſomnium ſurgentium
Paralytica, mendax,
Et valetudinaria ſanitas tua.
Ceù palpebræ diluculi,
[e] Job 21. Quæ meridiem[e] non vident,
Occidunt in Oriente
[f] Job 24. Dies tui;
Et illicò ad[f] Auroram
Sequi-

Sequitur umbra mortis.
Quartanus iſte languor
Senſim ebibens ſpiritum,
Et medullas invadens
Migrat facilè in hecticum.
Fragilis caro, ac vitrea
Caſu frequenti [a] alliſa collidetur. [a] Pſal. 36.
Radix,
Quæ tota die
Migrat [b] de terra viventium, [b] Pſal. 51.
Areſcet;
Nec ſubſiſtet [c] in ea [c] Pſal. 101.
Spiritus [d] vitæ. [d] Ezech. 10
Dum inclinas [e] ex hoc in hoc, [e] Pſal. 74.
Nec eſt exinanita fex tua,
Ibis de languore in languorem;
Et velut aqua [f] identidem decurrens [f] Pſalm. 57.
Ad nihilum devenies.
Quotidiè [g] attenuabitur robur tuum, [g] Job 18.
Et conſumeris morte primogenita. [h] Eccl. 1.
Dum pergit in [h] circuitu,
Et circum te revertitur in circulos,
Circumdabit te vallo inexpugnabili
Tenax, ineluctabilis
Malitia tua;
Fruſtrabitur [i] te [i] Job 40.
Spes mendacii;
Expectabis [l] tempus medelæ, [l] Jer. 8.
Et dum [m] non ſperas, Ve- [m] Iſaiæ 30.

Veniet contritio tua.
Deludit[a] Deus
Illuſorem.
Migrabit[b] Dominus
De domo exaſperante;
Et verticem[c] capilli
Perambulantium in deliςtis
Confringet.

a Proverb. 3.
b Ezech. 12
c Pſalm. 67

A Summo Pontifice Joanne XXII. Sutrium miſſus, animos populorum civilibus diſcordiis æſtuantes conciliaturus, ſtatim tumultus ſedat.

ELOGIUM LXXVI.

Quam pulchri[d] greſſus tui
In calceamentis,
Fili Principis!
Nempe[e] ſpecioſi pedes
Evangelizantium pacem.
Solare
Civitas naufraga.
Ferreum, atque ſanguineum
Civilis belli turbinem
Fugatura,
Ad te candida in nube
Aurea feſtinat ſerenitas.
Aman-

d Cant. 7.
e Iſaiæ 52.

Amantiſſimo à Patre
Demiſſa[a] ex arca
Columba
Innocuo profert ore pacificam
OLIVAM.
Non erit[b] ultra in te
Diluvium diſſipans terram:
Inter[c] nebulas gloriæ
De cœlo in te pax curvat arcum ſuum,
Vitali amoris jaculo feritura.
OLIVETI
De Monte,
Pingui de monte pacis
Olei rivi ſalubriter redundant,
Laceratæ concordiæ
Plagas exulceratas
Lenituri.
Ferventiſſima ab Ætna,
Accona ſuo
BERNARDUS
Dulcia promit incendia,
Per quæ reſtinctis facibus Bellonæ,
Civicus amor
Languidas tedas iterum ſuccendat.
Evenere.
Scilicet[d] ut dixit
BERNARDUS,
Illicò ſtetit tumultuantis ſpiritus procellę;
Et

a Gen. 8.
b Gen. 9.
c Eccl. 50.
d Pſal. 106.

a Pſal. 103. Et à voce[a] tonitrui
Armata Martis fulmina formidarunt.
Quidni ſilerent odia,
Ubi facundus amor peroraret?
O potentiam amabilem charitatis!
Quæ dearmat
Inermis.
b Sap. 12. Quam[b] ſuavis,
BERNARDE,
Spiritus tuus;
Qui vel belli procellam
Statuit[c] in auram pacis!
c Pſal. 106.

Dum Summi Pontificis juſſu Sutrium progrederetur Bernardus, à pia Fœmina Volſinii hoſpitio recipitur, quæ mali Dæmonis arte ejus impuro amore accenſa, noctu dormientem aggreſſa, ab illo, pudica prorſus aſtutia, protinùs exclamante, ſibi furem inſtare, fugatur.

ELOGIUM LXXVII.

O nunquam inter turbas ſatis tuta,
Fragiliſſimum bonum,
Pudicitia!
Nullibi illa ſecuriùs,
Quam

Quàm in Sylvis inhoſpitis
Hoſpitatur;
Et feras ſolas
Invenit ſoſpitales.
Vocante Religione,
Avitus de deſerto
BERNARDUS,
Nobilis peregrinus
Ab officioſa fęmina hoſpitio religioſiùs
recipitur.
Piis impollutæ facibus charitatis
Prophanas tedas ſuas
Improbus amor
Fœmineo in corde ſubſtituit.
Jam ſua miſcens officiis
Veneficia,
Et abuſus amabili oris caſtiſſimi majeſtate,
Senſim mutat amores.
Jam placet pluſquam hoſpes,
Juvant chariora nomina,
Et converſa in piaculum
Pietate,
De hoſpita
Se ſentit amantem.
Facili nimium credula amori
Naſcentia incendia fovet,
Et jam ſpe lactat inani.
Jam nocturnas per tenebras
Suam

Suam quæſitura lucem
Cœca movet veſtigia;
Et intempeſtæ noctis
Tecta amicis ſilentiis,
Properat furtiva ex inſidiis,
Violato hoſpitii jure,
Securum hoſpitem prædatura.
Cœcatus amor
Oculatam non ſuſtinens charitatem
Aggreditur dormientem.
Extemplo niveum cor
Vicina incendia præſentiens,
Nequè lædi ſe patiens flammæ inimicæ
confinio,
Cogitur vigilare.
Prohibet illicò manus
Sinus caſtiſſimi expilatrices,
Pro levi hoſpitii gratia
Pretioſum cor,
Iniquo planè fęnore,
Exacturas.
Inſtare, inclamat, furem;
Et caſtitatis vindice
Niveæ fulmine vocis
Rapacem fugat Harpyam.
O' ingenium caſtitatis!
Noverat illa,
Veneris monſtro,

Sicuti

Sicuti nihil mollius,
Ita nihil timidius;
Et uti nihil eſt impudentius,
Ita nec verecundius,
Ut ſatis ſit,
Vel detegi,
Ut fugetur.
Scilicèt adeò ſordidum,
Ut ſuis eductum de latebris,
Vel ipſum pudeat ſui;
Nequè ipſa vultus ſuos
Saxifica ſuſtineat Meduſa.
Jam agnoſco,
BERNARDE,
Te fælici in aſtutia
Caſtiſſimo à cognomine [a] profeciſſe.
Nec ſanè,
Utcunque cœcum,
Furem mentiris,
Cupidinem.
Quis enim eo furacior,
Qui nec cordibus parcit?
Mortalis;
Si incendiario Cupidini,
Flammæ ſuæ concipiendæ
Viſa eſt materies facilis
In [b] viridi,
In arido

[a] S. Bernardus impurã fęminam ead. arte fugavit.

[b] Lucę 23.

Quid fiet?
Cave triſurem Venerem
Periculoſæ viæ ſubdolam graſſatricem.
Vigil,
Quem portas theſaurum
Inſidioſa à prædatrice
Cuſtodi,
Quæ potuit
Argum ipſum
Decepiſſe.

Fugata impura fœmina, concupiſcentiæ motus ſedaturus, horrido fuſtuario ſe cruentat.

ELOGIUM LXXVIII.

Miraberis.
Victor
BERNARDUS
Poſt hoſtem profligatum,
Induit arma,
Non exuit.
Inſtaurato certamine,
Mutat hoſtem,
Non odia;
Et triumphali dextera
In ſe flagris hoſtilibus armata,
Suo

Digitized by Google

Suo ſe ſauciat triumpho,
Purpureus pudicitiæ
Candidatus.
Novum triumphi genus
Cujus pompam adornant
Exuviæ triumphantis;
Et ſunt cruenta vulnera victoris.
Miſera ſupellex victoriæ.
Viſus ſibi
BERNARDUS,
Vel ipſa impuri monſtri cęde castæ
Pollutus,
Suaque prophanatus victoria
Pudico expiat ſe
Sanguine;
Et puras laxat venas,
Ut vicino ab incendio afflatus cordi vapor
Apertis è cuniculis
Expiret.
Innoxias nives ſuas
Duro verbere citat,
Tanquam incendii reas;
Et reus ideò,
Quia amabilis,
In ſe caſtigat odiis
Alieni audaciam amoris.
Intaminatum pudorem,
Eo quod pudendum deſiderium ſui

 Potue-

Potuerit, vel invitus,
Excitaſſe,
Jam pudet ſui,
Et pudibundo accito è venis ſanguine,
Se vivaciùs colorat.
Candidiſſimum Lilium,
Quòd placuerit Cupidini,
Diſplicet ſibi;
Et non ſpinis,
Sed flagris,
Pudicam ſe cruentat in roſam.
Venerem inimicam
Jam non ſatis odiſſe;
Amat & ipſe ulteriùs
Ab illa non amari;
Ideo florida membra,
Odioſi eſcam amoris,
Horridi fuſtuarii ſonora tempeſtate
deflorat;
Et molliſſimum hoſtem
Caſto lactatis ſanguine
Cruciariis ingulat roſis.
Ut gemmam pudicitiæ
Pretioſam æquè, ac fragilem,
Vitreo creditam cordi
Vigilantiùs cuſtodiat,
Excubias omni totus acturus in ſenſu,
Vel cœcas venas amat ocellatas.
Aggreſſorem cupidinem I'

Digitized by Google

I nunc ſecura ride,
Mortalitas;
Quando & victor
BERNARDUS
Fugatum
Adhuc formidat.
Formidabilem hoſtem,
Nec etiam victum, ac fugientem
Contemne.
Nempè Partorum more,
Vel ſua pugnat in fuga,
Telis retortis ſauciat,
Et fugantem ulciſcitur.
Nè confidè triumpho.
Time truncatam Hydram
Stillanti adhuc de vulnere
Fęcundiorem.
Veneris triumphatæ
Victor
Cave manubias,
Et monſtri contagioſi vel gelidum cadaver
devita.
Si virulentus cruor, Neſſęo longè nocētior,
Attigerit victorem,
Proprio oppreſſus triumpho,
Periiſti.
Extincti incendii
Time doloſos cineres.

Sutrii Romulum quemdam prima ab infantia cœcum, Deiparæ ope implorata, protinùs liberat à cœcitate.

ELOGIUM LXXIX.

Haud planè exoculatus
Es cœcus,
Quinimmò oculatiſſimus,
Qui cernis adeò [a] benè cœli lumen.
Verùm quis unquam valeat
In tanta copia lucis
Cœcutire?
Aut quæ valeat jam cœcitas obumbrare
Luminoſa per ſigna
Palpabilem
BERNARDI
Claritatem?
Nare ſagaci
Subodoratus es
Officioſiſſimam charitatem,
Quæ videt,
Vel non viſa;
Nequè ſe quæri patitur,
Sed miſeris occurrit.
Medicum ſecuriorem
Invenire non poteras,
Ut qui proprio periculo
Didicit

[a] Job 5.

Didicit in ſe ipſo
Morbum caliginoſum,
Ipſa magiſtra cœcitate,
Curare.
Orta vehementior miſeratio
BERNARDO
Ab experientia miſeriæ
Ut importunam noctem diſcutiat,
Aſſuetis uſus artibus
Provocat ad Auroram,
Quæ diem ſibi reduxerat.
Miſcet providè Auroram
Modeſtum ſydus,
Ut jam ſplendidiùs
Proprio lumini detrahat.
Reddita extemplo dies,
Quam aſtrum meridianum,
Et ſua de luce
Supplevit.
Cœci [a] parentis oculos
Linierit felle
Tobias;
Cœcitati
BERNARDUS
Applicat de corde
Collyrium.
Scilicet fel
Amor non habet;

[a] Job 11.

Immò

Immò totus,
Cor eſt.
Audi,
a Pſal. 106. Qui ſedes[a] in tenebris
Attolle graves oculos.
Si purum Cœli lumen
Palpitans acies non ſuſtinet;
Deſperata cœcitas eſt.

Inferni Spiritus mentita nobiliorum Procerum ſpecie, Bernardum ambitionis tentaturi, illi offerentes præcipuas Seculi dignitates, ab eo protinus agniti deridentur.

ELOGIUM LXXX.

b Iſaiæ 14. Quomodo[b] cecidiſti de Cœlo
Lucifer;
De aſtro matutino
Noctis æternæ factus Veſperugo?
c Ibid. Dum ſuper aſtra Dei[c] conaris exaltare
Solium tuum,
Seſſurus ſuper monte teſtamenti
In lateribus Aquilonis;
Dum inanibus pennis aſcendis ſuper nubes
Similis futurus Altiſſimo,
d Iſaiæ 19. A[d] ſpiritu vertiginis
Deje-

Dejectus es in profundum.
Abeunt fulgidæ[a] in ſonitum ruinæ — a Ezech.17
Vitrea faſtigia tua.
Abi ad caminos tuos,
Tactus de face cœli,
Erebi[b] torris, — b Amos 4.
Cui jam de extincta luce
Ater[c] fumus dumtaxat — c Iſaiæ 7.
Reliquus eſt.
In leviſſimis[d] nundinis vanitatis — d Pſalm. 61
Decoctor ſaccularius,
Qui facis[e] ventis pondus, — e Job. 28
De ſtatera [f]doloſa — f Oſeæ 12.
Tuum cariùs fumum vende
Triſti commutatione
Æternas tecum lachrymas mercaturis.
Veri pondera boni
Ad fidam Crucis trutinam explorantibus
Ceù [g] momentum ſtateræ, — g Sap. 11.
Sicut [h] pulvis aſcendens — h Iſaiæ 5.
Requiem [i] non habiturus, — i Micheæ 2.
Gloria tua.
In meridie [l] palpantibus — l Job 5.
In volucrem [m] favillam — m Job 21.
Fumarii [n] tui — n Oſeæ 13.
Turbidum [o] vaporem accende: — o Ioel 2.
Purgatis oculis,
Una,

Quam

Digitized by Google

Quam acie caliganti non ſuſtines,
Fulgida, atquè pretioſa,
Demiſſio eſt.
Nempè cœleſtis flamma
Fumum non habet;
Et tuis contraria flammis
a Act. 2. Deſcendit,[a]
b Pſalm. 73 Non [b] aſcendit.
Spiritus tumens
Noxiis infla ſpiraculis
Ruinoſum in lapſum elaturus,
c Amos 6. Qui lætantur [c] in nihilo,
Inanes folles tuos;
Aura fervida Spiritus Divini,
Non inflat,
d Job 17. Sed [d] attenuat:
Et deycit,
e Ezech. 18 Ut [e] extollat.
Eleventur, ut Aquilæ,
f Abdias. Nocturnæ [f] ſtriges tuæ,
Poſituræ inter ſidera nidum ſuum:
g Pſaal. 118 Adhæreat [g] pavimento anima mea,
h Cant. 2. In [h] foraminibus petræ
i Job 39. Tutiùs [i] nidificatura.
Aſſurgite de Libano,
l Jer. 10. Uti [l] cedri
Frondoſi proceres vanitatis:
Lætabor ego

Inter

Inter myricas [a] humiles deſerti. [a] Jer. 17.
Ita vaniſſimum nebulonem
Sancta
BERNARDI
Irridet humilitas.
Mortalis
Age grandi in cothurno
Tragediam tuam.
Quid[b] theſaurizas ventum [b] Jer. 51.
In [c] domo pulveris, [c] Micheæ 1
Excitaturus tibi
Nubes excœcaturas?
Nempè cum in [d] honore eſt homo, [d] Pſalm. 48.
Non intelligit.
Vanitas præſtigiatrix
Magnificat [e] in montes atomos ſuas. [e] Job 8.
Telas aranearum,
Atque nebulas textiles,
Ponit fiduciam ſuam.
Flante ſpiritu turbinis,
Frondoſus [f] vertex Libani decalvabitur, [f] Iſaiæ 3.
Et virgam [g] dominantium, [g] Iſaiæ 14.
Et baculum [h] glorioſum, [h] Jer. 48.
Baculum [i] arundineum [i] Iſaiæ 36.
Virga [l] ferrea [l] Apoc. 2.
Confringet.
Exſufflabitur [m] pulvis aſcendens; [m] Aggæi 1
Mons magnus [n] erit in planum, [n] Zacc. 4.
Et

a Micheæ 7 — Et in[a] conculcationem,
Ut lutum platearum,
Excelſa ejus.
b Oſee 10. — Tranſibit[b] quaſi ſpuma,
c Oſee 9. — Avolabit,[c] ut avis,
d Zacc. 3. — Induta[d] mutatoriis
Volucris, & caduca gloria tua.
e Iſaiæ 21. — Superba[e] Babylon
Poſita in miraculum,
f Apoc. 14. — [f] Cadet,
Babylon magna,
g Iſaiæ 24. — Et attereretur[g] civitas vanitatis.
h Iſaiæ 4. — Quam tibi poſuiſti[h] in umbraculum,
Et ſuper qua lætaris,
Depaſcet vermis hederam aſcendentem;
Et una nocte nata,
Eadem nocte pariter areſcet.

Contempto à Diabolo graviter vulneratus à Michaele Archangelo ſanatur.

ELOGIUM LXXXI.

Accurrite
Cœleſtes manipuli
Fœderato
BERNARDO
Et pro communi cauſa periclitanti
Ocyus

Digitized by Google

Ocyùs ſuppetiaturi.
Dolens pater ſuperbiæ
Humili ſe deriſum ab homine,
Irruit cùm tota armatus familia ſua
Inermem oppreſſurus.
Tumens ſpiritus procellarum
Humilem violam
Turbine maligno proſternit;
Et denſa grandine ſonantium flagellorum
Perfidè defloratam
Horridam cruentat in roſam.
Decentior illa
De ſui ſanguinis purpura
Sanctam induit ſuperbiam;
Et per vocalia vulnera
Superbo inſultat victori.
Audiſtis.
Oportunus de Cœlo
MICHAEL
Adſtat Erebi domitor,
Et dextera fulminea
Umbras illico diſſipat ſauciatrices.
Gaude languens
BERNARDE
Properat [a] ad te ſanitas
In pennis ejus.
Emeritæ militiæ
Vitalibus ab aſtris profert congiarium;
Et

[a] Micheæ 4

Et ab Olivis tuis ſalubre exprimit oleum,
a Iſaiæ 1. Quo foveat a plagas tuas.
O'excelſiſſimam verè humilitatem!
Cui tam ſplendidè Olympus famulatur.
Sacer Anteus,
Quo uſquè terram tangit,
Vinci non metuat;
b Job. 18. Novas b continuò mater
Vires dejecto ſuppeditat.
Ideò callidus hoſtis
Extollere conatur,
Ut proſternat.

A Virgine Deipara redditur certior æternæ beatitudinis.

ELOGIUM LXXXII.

Te,
BERNARDE
Diutiùs
Cœlum impatiens expectare non ſuſtinet.
Ne ſua differat gaudia,
Terrarum adhuc incolam,
Civem appellat,
Et amans ultrò patria
Peregrino occurrit in via.
Internuntia

MA-

MARIA
Cœli ambitioſi fidem
Sequeſtra amoris oppignerat.
Quis enim dies æternos,
Niſi inoccidua prænunciaret
Aurora?
Potens Numinis adminiſtra
Arcana tibi pandit Divinitatis;
Et materna licentia,
De ſcriniis penetralibus
Filii,
Depromens[a] librum vitæ,
Tuum tibi nomen
Adamantino[b] in albo
Stylo immortali inciſum,
Diſpenſatione gratioſa,
Legendum præbet.
Paterni[c] tabulis teſtamenti
Apertis antè diem,
Te filium, & hæredem
Scriptum ex aſſe
Renunciat.
Raptus[d] in cœlum Paulus
Arcana verba audivit,
Quæ non licet homini loqui:
Deſcendens ad te cœlum
Arcana verba loquitur,
Quæ non licet homini audire.

a Pſal. 68.
b Jer. 17.
c Paul. ad Hæb. 9.
d Paul. 2. ad Cor. 12.

Anti-

Anticipatione fælicitatis,
Coronaris,
Dum pugnas;
Navigas adhuc,
Et portum tenes
Medio ſecurus in fluctu;
Et ordine turbato,
Mortem
Præcurrit æternitas.
Nos[a] deſertura in Patria,
Te non indigum ſui
Spes deſerit in via.
Cœli obligata fide,
Firmata charitate,
Spei paralyticę
Conſtans ſuccedit ſecuritas.

[a] Pal. 1. ad Cor. 13.

Prædicit luem peſtiferam, quæ anno Domini 1348. *Italiam totam funeſtiſſimè devaſtavit.*

ELOGIUM LXXXIII.

Expergiſcere
Italia;
Dum minax cœlum
Tonat;
Nequè iracundum fulmen
Incautè

Incautè ſtertens expecta.
Heù, conclamata ſalus,
Niſi[a] proximè ſonans — a Job 39.
Armati Numinis pharetra
Sagittas ſuas
Tuo jam jam[b] ſanguine inebriatura, — b Deuter.32
Lethiferum veternum excuſſerit.
De Deo[c] miſerationum, — c Iſaiæ 63.
Factus ultionum[d] Dominus, — d Pſal. 93.
Mutatus[e] tibi in crudelem, — e Job 30.
Excuſſis,[f] heù, hyacinthis, — f Cant. 5.
Aurea dextera, vindex,
Jam ferrum rotat.
Mucro eſt[g] evaginatus, ad occidendum, — g Ezech.
Limatus, ut interficiat.
Poſuit te[h] quaſi ſignum ad ſagittam; — h Jer. in threno 3.
Jam ictum in te deſtinat,
Jam telum torquet.
Inſtat, heù, lethi genus,
Horrendum, implacabile, ineluctabile,
Et ipſo letho gravius,
Populos contagioſos
Tabida contagione purgaturum.
Profanæ cędis,
Qua ſociæ madent urbes,
Vapor ſanguineus
Solem Chriſtianum funeſtat,
Et contriſtato[i] cœlo, — i Paul. ad Ephe. 4.

Digitized by Google

Hæc in te fulmina accendit.
Expiatura ſinus
Civica internecione profanatos;
Luſtralibus à lachrymis ne tempera,
Ut dirè piaturo,
Et ſtatim exigendo
Temperare poſſis à ſanguine.
Nos ipſi
Cœlum nocens,
Nos, noſtri vitio ſeculi,
Terrea facimus aſtra,
Et ſontes noſtro crimine
Aurum inſons armamus.
Læſi patientiam[a] Numinis
Prorogata ne irrita pœnitentia.
Amoribus præſentibus
Odia mox ſequutura,
Et inexpiabilia
Præcurre.
Ita ex Acconæ eremo,
Vates non vanus,
Damna imminentia lugens
BERNARDUS,
Non auditus,
Exclamat.
Evenere.
Inexplebilis peſtis
Cædibus populorum ſaginanda
Florem

[a] Joel 2.

Florem Europæ depaſcitur.
Grandis ægrotus,
Immò veriùs cadaver,
Jacet Italus orbis;
Et cœlo inexorabili
Non profutura litat Hecatombe.
Nempè ſui cœlum vindex
Ipſo aſcitas ab Erebo,
Furias adoptat;
Et Stygia motum ripa
Miſcens aſtris Cocytum,
Luminoſa venena
In terras deſertrices inſtillat.
Conjurata conſpirant elementa.
Ipſe jugulat aer,
Et ſpiracula mortis
Per vivificos halitus inſpirans
Ipſo ſpiritu interimit.
Diſcite populi,
Monita non temnere
Divum.
Dum tendit [a] arcum ſuum, [a] Pſal. 7.
Et ſagittas collimat,
Suæ non adhuc [b] oblitus charitatis, [b] Proverb. 27.
Nec continens [c] in ira [c] Pſalm. 76
Miſericordias ſuas,
Dat [d] ſignificationes [d] Pſal. 59.
Deus,

a Iſaiæ 21. Ut fugere[a] poſſimus à facie arcus:
Monet, jam feriturus,
Ne feriat;
Et ſufficit,
Ut metuas.
Veniæ impatiens,
Non pœnæ,
Minatur odia,
Ut extorqueat amores;
Et volentes dumtaxat
b Exech. 19. Ferit[b] invitus.

Communi in contagione languente Patria accurrit ab Eremo cum ſociis, ægris languentibus ſuppetiaturus.

ELOGIUM LXXXIV.

Te quoque,
Infælix Sena,
Languidè ruentis Italiæ
Luctuoſus caſus involvit.
Uiator;
In Urbe
Urbem, ne quæras.
Exangues, & exiguæ vix ſuperſunt reliquię
Edaci ab ore monſtri vorantis excuſſæ.
Amæniſſima civitas
Horridè.

Horridè deformata
Triſte in noſocomium,
Seù ſepulchretum veriùs,
Converſa eſt.
Urbium finitimarum
Mors
Inſolentior excidio,
Languidam Civitatem,
Et malè vivas domos
Cum tota pompa ſua
Triumphalis invadit.
Vitalem florem,
Jam non carpit,
Sed metit.
Funus premitur funere;
Novus in ipſo luctu
Luctus exoritur;
Suæquè circa pheretrum,
Parentaturæ ſibi,
Indefletæ cadunt exequiæ.
Deeſt jam tumulis terra,
Deſunt & ſylvæ rogis,
Et ſuæ funeribus lachrymæ.
Immaniſſima victrix,
Laſſata ſuo,
Sed non ſatiata,
Triumpho,
Vel per exuvias victoriæ,

Violentiùs, quò languidiùs
Victis inſultat.
Ipſas venenat umbras,
Armat etiam cadavera
Protinus necatura,
Et cinere doloſo
Creſcentia lactat incendia:
Pars nulla civitatis
Virulento vacat exitio.
Toto corpore fuſa
Vix laborantem animam reciprocat.
Charas ſuorum manus,
Non audituras,
Implorat;
Et ad acerbi irritamentum doloris,
Heù, nec lachrymas habet,
Quibus ſe lugeat.
Experta eſt illa in extremo periculo
Sylveſtres filios ſuos
Urbanis
Urbaniores.
Fugientibus domeſticis,
Redit
BERNARDUS
Exul
Cum ſuis;
Cadenti patriæ,
Non lachrymis,

Sed ſanguine
Parentaturus,
Nempè quem anteà florida fugaverat,
Allicit ærumnoſa.
Viſa illi ſana magis,
Quum contagioſa;
Et delicata excuſſa amænitate,
Non eſt transfugæ amanti
Quod ultrà in patriâ diſpliceat.
Magnes charitatis,
Calamitas;
Potuit eum ab eremo
Vel uſque in urbem
Attrahere.
Accurrit ab Accona
BERNARDUS
Protinùs, oportunus,
Urbica in vaſtitate,
Mutaturus deſertum,
Non deſerturus.
Populatam in Urbem
Deducit ab eremo
Coloniam ſuam,
Vaſtantis damna luis
Saniori populo
Reparaturus.
Sua jam dimiſſa [a] ex arcâ
Caſtiſſima Columba

[a] Gen. 8.

Nau-

Naufragas terras ſolatur;
Et quæ exaruerat antea
In rebus deſperatis
Spes pacis;
Quam puro defert ore,
Virenti refloreſcit
OLIVA.
Profert Medicus Chiron
Salubribus è ſylvis
Herbas vitales,
Quibus meliorem vitam
Depoſitis corporibus infundat.
Fæcundiſſimo monſtro;
Suas renaſcenti per mortes
Pectus ardens opponit.
Deliberata morte ferocior,
Publicæ devotus ſaluti,
In patria incendia intrepidus
Se conycit;
Nec graſſantis Averni ignem baccantem formidat
Cor ferventiſſimum,
Meliorum eſca flammarum.
Ite
Nobiles ſocii.
In Urbe viduata
Ad charitatis nundinas
Properate,

Pretio-

Pretioſam benè mercem,
Vel toto vitæ pretio,
Mercaturi.

Uti Bernardus prædixerat, octoginta ejus filii, dum auxiliantur ægris, victimæ charitatis occumbunt.

ELOGIUM LXXXV.

Huc accede,
- Spectator;
In tragico theatro,
Cui vel Olympus plaudit,
Tabulæ amabiliſſimæ
Plauſurus.
Invidus æmulator Libitinæ
Grandi in cothurno
Dat & tragediam
Amor.
De contubernio mortis,
Factus fortis,[a] ut mors.
Hujus proximo è gelu
Suos exaſperat ignes.
Per incrementa ardoris
Æſtuat
Impotens ſui;
Et jam ſe toto calens,

[a] Cant.

In

In ſe furit,
Et ſuos.
Adeò impotenter amat,
Ut jam amet
Et mortem;
Et verſus ſibi in odium,
Suis innoxiis ſagittis
Inter perfidæ amplexus
Tabifico contactu venenatis
Se per amores interimit.
Trahit in gelidos uſus
Ardores ſuos,
Propriiſque abuſus facibus,
De vivifica flamma
Extremos ſibi rogos accendit.
Floridum
OLIVETUM
Latè baccata flamma
Totum extemplo depaſcitur.
Videlicet
Mons Pinguis
Hoc excitat incendium
Oleo ſuo.
Pater ſimul,
Et victimarius,
BERNARDUS,
Fervidos filios,
Hoſtias amori arſuras,

Ritè

Ritè indefeſſus dedicat,
Et adornat;
Et dum ordine nullo
Per circum acervatim corruentes
Oſcula ſuprema diſpenſat,
Vel ſuo de corde
Ardores incenſuros miniſtrat.
Gaudet ille videlicet,
Abſumi amoris igne
OLIVAS
Suas;
Et per lucidas mortes
De ſuo liquore
Cœleſtis Sponſi [a] lampades ſuccendi. [a] Matt. 25.
Quid enim aliud vellet
Fervidus [b] filius olei, [b] Iſaiæ 5.
Niſi ut [c] accenderetur [c] Lucæ 12.
Ignis
Quem venerat accenſurus?
Mors tamen,
Quamvis victrix,
Familiæ tuæ,
BERNARDE,
Vitali in funere
Dolet.
Novit illa,
Non ſuo,
Sed ſibi inviſi amoris
Sauciam

Sauciam vulnere
Mori.
Et ubi mors eſt;
Ipſe ſi jugulat;
Amor?

A Divo Benedicto vicinæ mortis dies vigeſima Auguſti Bernardo prænunciatur.

ELOGIUM LXXXVI.

Sui longiorem patientiam deſyderii,
Non valet ultrà cœlum tolerare.
Ingratas terræ moras
Impotens ſuſtinere
Jam rapinam amabilem adornat.
Amans tui
Caſtus Amor
[a] 4 Reg 2. Expedit [a] igneos currus;
Et te rapturus,
Præparat pennas ſuas.
Quùm diù metam attigeris,
BERNARDE,
Jam ſtadium indignata,
Ambiunt te præmia tua,
Decorum pulverem deterſura.
[b] Cant. 6. Cœleſtis [b] Sponſus
Jam properat deſcendere in hortum ſuum,
Candi-

Candida ut lilia colligat;
Et de palmite feſſo
Maturam legat
OLIVAM
Nuptiales cœli lampades ornaturus.
Cœleſtis impatientiam amoris,
Et expectantia gaudia,
Quin filio ſuo protinus prænunciaret,
Temperare ſibi non potuit
Amantiſſimus Pater
BENEDICTUS.
Brevi oriturum ſolem,
Quidni Phoſphorus luminoſus
prçcurreret?
De cœlo caduceator
Ipſa incipit à morte
Salutem nunciaturus.
Sextili menſe,
Quo rapi flores ſolent,
Te rapiendum,
Edicit;
Ejuſquè diem viceſimam
Primam tibi futuram æternitatis.
Properante jam Virgine,
Inſtare tibi, nunciat,
Autumnitatem;
Niſi & ver dici poſſit,
Ubi Cœleſtis Agnus proximus eſt.
Ferven-

Ferventiſſima æſtate languidæ charitatis,
Concepti ardoris impotens,
Extemplo totus igneſcis,
Et fervidos liqueſcis in amores.
Proh quam ſordeſcit terra
Vicini à facie cœli?
Et jam cupis[a] diſſolvi,
Per æternos amplexus,
Tuo vinciendus Amori.
Tuum amiſſura Patrem
Amans luge familia;
Quem à te brevi cœlicus[b] tollet
Amor.

[a] Paul. ad Philip. 1.

[b] 4 Reg. 2

Glorioſæ Virginis aſſumptioni ſacrata die, illius in cœlum aſſumptæ triumphus oſtenditur Bernardo.

ELOGIUM LXXXVII.

Quidnì brevi apud cœleſtes triumphaturo
Recluderetur cœli Capitolium?
Quidni ſuperum gaudiis geniali die,
Rupto margine cœli,
Inundantis torrentes voluptatis
In lachrymoſas terras redundarent?
Amantiſſima Mater,
Teneræ ad complementum charitatis,
Triumphi

Triumphi ſui
Amat
BERNARDUM
Filium ſpectatorem.
Jam feneſtrati Olympi
Per [a] cancellos
Tuam proſpicis dilectam,
O BERNARDE,
Inter fulgura gloriæ formoſiorem.
Panduntur tibi rotæ æternitatis,
Quibus telluri rapta
Manus auſam inferre
Mortem proſtratam attrivit.
Scilicèt [b] pulchra ut Luna,
Solis,
Non ſoror modo,
Sed etiam Mater,
Concepto plena die
Integræ lucis detrimenta non novit.
Ideò nequè ad ſepulchrum
Invidæ objectu terræ
Pati potuit eclypſim.
Turbido è ſinu noctis
Conſurgentem Auroram
Splendido ſatellitio
Famulātium aſtrorum populus luminoſus
præcurrit.
Quin & Sol ipſe,

Præit

[a] Cant. 2.

[b] Cant. 6.

Digitized by Google

Præit aſcendentem,
Non ſequitur.
a Pſal. 109. Scilicet[a] antè Luciferum genitus
Auroræ ſuæ
Phoſphorus eſt.
Conceſſit ille Matri currum ſuum,
Quo ſummum cœlum
Meridiana conſcendat.
Soli ibi juncta Nato
b Cant. 1. Æterno[b] cubat,
Atquè dulcitèr paſcitur in meridie.
Eum non ultra occaſurum,
c Cant. 5. Nequè[c] declinaturum
Per tenaces amplexus
Pudico ſiſtit in ſinu;
d Cant. 1. Atquè caſta inter[d] ubera commorantem
Paſcit lacte Virgineo.
e Apoc. 5. Inter[e] Leonem,
Et Virginem
Caſtiſſimis ardoribus æſtuantes
Annus interminatus beatitatis
Totus
Æſtas amoris eſt;
Niſi & ver dici poſſit,
Ubi in Virginis gremio factus humanus,
Leo formidabilis
f Apoc. 5. In amabilem[f] Agnum
converſus eſt.

Supernæ

Supernæ ſuavitatis
Prægustata[a] dulcedine
Palato tuo,
BERNARDE,
Non eſt, quod ultra[b] ſapiat
Super terram.
Impatientia ſolare deſideria.
Scilicet impotenti modicùm ſuſtinendum
amori.
Te cœlum amans
Per triumphi ſpectacula
Proximis triumphis initiat.
Inſtantem diem
Sublimis nunciat
Aurora.
Hujus ſcilicet ortus,
Aſtris
Occaſus eſt.

[a] S. Auguſt. Serm. 44. de Ss.

[b] Pſal. 72.

Dum ferventiſſima charitate opitulatur ægris, contrahit labem lethalem.

ELOGIUM LXXXVIII.

Viator,
Languentem contagioſum,
Nè vita,
Immò propiùs accede,

Ut & te pariter
Vitalis hæc inficiat contagio.
Languidi amoris æſtu
Febricitat
BERNARDUS,
Quem de ſuccenſa Patria contraxit.
Quia fervor eſt amoris,
Ideò levis amanti;
Non tamen ideo minus gravis eſt,
Et lethalis,
Quia fortis, ut mors,
Dilectio. a Cant. 8.
Eluvionem amabilem charitatis,
Quam diù fervidus animus contraxerat,
Per innoxia commercia,
Et ſocium corpus attraxit.
Hauſit ſalubris gemma venenum,
Quod purgatura venerat,
Et ſuum languor tenacior
Perfidè traxit auxilium.
Virulento in amplexu gelidæ mortis,
Se per bibulas faces
Venenat amor;
Et ſuis, cœcus incautus,
Se vulnerat ſagittis.
Non alio ſanè telo poteras configi,
Quam tuo,
Qui cæteroqui invictus,
Tibi.

Tibi uni cedis,
Amor.
Ardentiſſimæ[a] victima charitatis
BERNARDUS,
Proprio abſumitur igne;
Et thus, ac[b] myrrham ſuam
Suis vaporat ardoribus.
Providus Phænix
Conſumpturos ſe circum excitat rogos;
Et ſe renovaturus
Incendit.
Jam toto calens Deo,
Fervido languore vegetior,
Et morarum impatiens
Ignis anhelat in patriam;
Atquè beatis totus liqueſcens incendiis
Liquidiſſimos abit in amores.
Ah[c] languentem amantem
Fulcite floribus;
Ah blandiùs aſpirate cœleſtes auræ,
Æſtu impotenti ardentem,
Quam nullæ[d] extinguant aquæ,
Obruant flumina nulla,
Saltem recreaturæ
Charitatem.
Toto plaudente mundo,
Qui fabulam amabilẽ inchoaverat primus,
Amor,

a Sap. 3.
b Eccl. 50.
c Cant. 2.
d Cant. 8.

 Poſtre-

Poſtremus concludit.
Cui fuit amare,
Vivere;
Fuit & amaſſe,
Mori.

Moriturus exultat, & ſuaviſſimè ridet.

ELOGIUM LXXXIX.

Mortalium rerum omnium
BERNARDO
Una mors placuit;
Ut quæ mortalium rerum
Una,
Nec moritur,
Nec mutatur.
Factus illius amaſius
Fortem [a] dilectam ſuam
Vitreæ mortalitatis
Fragili contemplatus in ſpeculo
Inſuetos in amores
Gelidæ venuſtatis accenditur.
Quidni mors eſſet amor,
Cui fuerat odium vita?
Venientem ideo
Candidus Cygnus
Cantu jucundo ſalutat;

a Cant. 8.

Et

Et qui miſit in [a] lachrymis ſemina ſua, [a] Pſal. 125
Metens in exultatione
Dulci cum riſu
Portat manipulos ſuos.
Mortem
Mortales fugimus,
Quia ignoramus.
Nomen ideo
Non ſpeciem formæ ignotæ,
Damnamus.
Nigra ſit [b] quamvis illa, [b] Cant. 1.
Formoſa eſt.
Noli conſiderare, quod [c] fuſca ſit [c] Ibid.
Sol illam proprior decoloravit;
Nempè æternorum dierum aurora eſt.
Conſurgit [d] illa, [d] Job 11.
Ceù fulgor meridianus ad veſperam,
Et oritur,
Ut Lucifer.
Cominùs intuere,
Non Hecuba,
Sed Helena eſt.
Introſpice medullam;
Et erit tibi de ultimo terribilium,
Primum deſyderabilium.
Vide, guſta; ſuavis eſt.
Vora [e] amarum volumen; [e] Apoc. 10.
Et fiet in ore tuo,

Sicut mel, dulce.
Facilis creditrix
Debitum commune
Exigit ſolùm cum violentia ab invitis;
Et ſolùm ſibi injuriis
Injuria eſt.
Faciles animas
a Sap. 5. Mortis[a] tormentum non tangit.
Videantur quamvis mori,
Dulci in complexu mortis
b Cant. 2. Sub umbra illius,[b] quam deſideraverant,
ſedent.
c Job 3. [c]Gaudent,
Quaſi effodientes theſaurum,
Quùm ſepulchrum invenerint.
d Job 24. Vermes[d] dulcedo earum,
e Job 7. Et ſuo dormiunt[e] in pulvere.
Mors
Amatoribus ſuis
Thalamum adornat
In tumulo;
Et exoſculata ſuaviter
Mortalitate exutos
Dotali induit immortalitate.
Diſce.
Et mortem
Cicurat amor.
Hanc ſi deſpicis,

Nihil

Nihil acerbiùs,
Si diligis,
Nihil ſuaviùs:
Contraria vitæ mors eſt,
Ut jucunda hæc eſſe nequeat,
Niſi illa aſpera fuerit.
Ad veſperum [a] demorabitur fletus, *a* Pſal. 29.
Si ad matutinum lætitia.
Ut rideas
Cum BERNARDO
Dum moreris;
Luge cum illo,
Dum vivis.

Agens ætatis ſuæ annum ſeptuageſimum ſextum die viceſima Auguſti anno Domini 1348 *ſanctiſſimè moritur, aſſiſtentibus morienti Chriſto Jeſu, Virgine Matre, & cum Cœleſti militia Archangelo Michaele.*

ELOGIUM LXXXX.

Mirabar;
Niſi inter auroram, & Solem
Languidum ſydus deficeret.
Inter amplexus lucis meridianæ
Luminoſis languens deliquiis
Terræ

Terræ occidit,
Ut cœlo
Vivaciùs adhuc ſplendidè obumbratum
ſcintillet.
[a] Cant. 2. Hyems tranſiit, [a] imber abiit;
[b] Zac. 9. Frumentum [b] electiſſimum
Inter cœleſtem Leonem,
Et Virginem
Maturuit.
Factus menſis ſextilis
Divini æſtas Amoris;
Ideò maturæ meſſi
Inſtat cœleſtis agricola;
Triticum ſuum
Feſſa excutit è palea,
[c] Joann. 4. In [c] cœleſtibus horreis conditurus;
Et ſpicam ſuam lectura
VIRGO
Ab aſtris deſcendit.
Adſtat è cœlo
MICHAEL
Impatiens jam cum tota militia ſua,
Pretioſi fidem depoſiti
Vel ab invitis terris exacturus;
Et ad libram cœleſtem
Animam auream
Examinatam ſatis,
Non ultrà exploraturus,

Sed

Sed excepturus.
Circumfuſo cœlitum populo
Miſcere ſe
Timidus Avernus non audet.
Lectulum [a] Salomonis
Ex fortiſſimis Iſrael
En mille fortes ambiunt,
Nequè propter timores,
Verùm propter amores;
Nec militaturi pugnanti,
Sed famulaturi victori.
Amaſius
Eternitatis
BERNARDUS
Mortalitatis ſuæ
Aperta irrumpit in odia.
Jam petit, ut [b] moriatur, animæ ſuæ,
Et diſplicet ei vita,
Quia ſanctior eſſe non poteſt.
Æquè terris avara,
Atquè prodiga cœlo,
Quæ Gallicum
BERNARDUM
Rapuerat dies,
Eadem
Rapit Hetruſcum;
Nè vel mors eos divideret,
Quos concors adeò vita ſociaverat.
Mirata

a Cant. 2.
b 3 Reg. 19

Mirata eſt planè tellus,
O BERNARDE,
Cum ſic potueris vivere,
Te potuiſſe mori.
Nempè qui potuit ita vivere,
Mori potuiſſe, non debuit.
Fallitur illa tamen;
Videlicet
BERNARDI
Non vita expleta eſt,
Sed mortalitas;
Immò ut mori non poſſit,
Exutus mortalitatem
Non exuendam induit immortalitatem.
Æterna Vita
Amplexata expirantem,
Et oſculo[a] oris ſui oſculata ſuaviùs,
Novæ vitæ[b] ſpiracula,
Nec ultra moriture,
Inſpiravit.
Amæniſſimum florem,
Quem floridus donaverat Majus,
Fervidus rapit Auguſtus;
Sed quia flos eſt amoris,
Illi æſtas refloreſcit
In ver,
Et fit menſis ſextilis
Floridæ primus æternitatis.

[a] Cant. 1.
[b] Job 33.

Vixiſti tibi ſatis,
O BERNARDE,
Sed nondum ſatis,
Tuis.
Sera quantumvis ætas,
Et quæ integro ferè ſæculo adornando
ſuffecit,
Viſa adhuc nimiùm,
Terris amantibus, properaſſe.
Per omnia cæteroqui innocentiſſimus,
In hoc viſus injurius,
Quod gaudia noſtra longiùs prorogaturus,
Diutiùs tibi ſydera non diſtuleris.

Circa ſacrum Cadaver cœleſtis exaudita melodia; & viſa beatiſſima illius anima à Chriſto Jeſu, & Virgine Matre gemino diademate coronata, ac veſte candida trabeata in ſpeciem triumphantis inter Divos Benedictum, & Bernardum cum cœleſti militia cœlum conſcendere.

ELOGIUM XCI.

Procul hoc à pheretro
Lachrymæ,
Quo tenebroſo cum patre
Sola

Sola delata mors eſt.
Funeri triumphali
Dulci cœleſtes orbes harmonia
Canoras ſolvunt exequias.
De pretioſis fluentis æternæ voluptatis
Cognato ſibi olori
Cœleſtes Cygni
Næniis feſtivis parentant.
Benè concluſæ fabulæ
Coacta, quamvis invida,
Mors plaudere;
Atquè non interruptam,
Vitæ tam benè modulatæ harmoniam
Quantumvis ſurda, & inamæna
Servare.
I' nobilis triumphator;
Et gravis ſpoliis Averni
Levis aſtra conſcende.
Panduntur ultrò tibi
Cœleſtis Capitolii
Portæ[a] æternales;
Et aureo dulcè ſtridentes in cardine
Sonoro murmure invitant.
Jam triumphales rotas circumfuſa
Stipans cœli militia
Plauſum canorum ingeminat.
Triumphi pompam ſplendidè adornatura
Se tibi jungunt

[a] Pſal. 23.

Aſtra

Aſtra familiaria.
Cum Patre
BENEDICTO,
BERNARDUS
Frater
Glorioſo lateri adhæret,
Tibi uti ſanctitate,
Ita ſimilis gloria;
Ut nequè cœlum ipſum
BERNARDUM
A
BERNARDO
Diſcriminet.
Obvium cum Matre Numen
Athletam triumphantem
Ungit oleo [a] lætitiæ,
Et cumulat coronis
Cumulatum trophæis.
Egredimini [b] filiæ Sion,
Et videte dilectum in diademate,
Quo coronavit illum Mater ſua,
In die deſponſationis,
In die lætitiæ cordis ejus.
Filio amantiſſimo
Pro [c] ſtola prima,
Quam,
Exuta mortalitate,
Cœlo immaculatam reſtituit,
Provida

a Pſal. 44.
b Cant. 3.
c Lucæ 15.

Provida Mater,
Novam, & candidiorem contexuit,
a Eccl. 45. Et induit[a] ſtolam gloriæ.
Ovantem chlamydat byſſo,
Quam de Galaxia cœli
Lacteis fulgoribus coloravit.
Qua enim aptiùs veſte
Candidum lilium
Candida ſarcinatrix contegeret?
Aut quo colore juſtiùs exornaret
Suum candidatum
Æternitas?
Decuit,
Uti candido in ſago
Militaverat,
Ita & candido in ſyrmate
Triumphare.
Videlicet
b Apoc. 3. Sic albis[b] veſtietur indumentis,
Qui vicerit.
Nempè in regia innocentiæ
Candor,
Purpura eſt.
Diſce;
Qui in terris militas cœlo;
Per ambigua certamina triumphantibus
c Paul. 2 ad Tim. 4. Repoſita[c] corona juſtitiæ.
d Matt. 11. Æterna[d] quies

Deſti-

Deſtinata dumtaxat
Fatigatis.

Mortuus ab univerſa Hetruria lugetur,
& ſit ad ejus pheretrum concurſus
populorum.

ELOGIUM XCII.

Cœli exultantis vocibus
Tellus
Pretioſo pignore viduata
Imagine luctuoſa reſpondet.
In ſextili calore
Meſſis matura cœlo
Heù quam terris acerba!
Acerbiſſima meſſis
Fit vindemia amariſſima
lachrymarum.
In flebili vindemia
Ebrius dolore
Furit Hetruſcus amor;
Et jam lumine ſuo,
Immò pupilla,
Orbatus
Funeſtiſſimam luget orbitatem.
Quidni qui vivens, fuerat communis amor,
Mortuus, ſit omnium dolor?

Mira

Mira conſpiratione
Omniū protinùs ordinum, ac populorum;
Utcunque languida
Amans accurrit Hetruria,
Extincto Medico ſuo,
Immò ſaluti veriùs
Parentatura.
Scilicet
Areſcente ſalubri Acconæ
OLIVA,
Et ſpes ſalutis exaruit.
Omnia ideò bona ſua
Uno luget in funere;
Et magis dolet unius jacturam capitis,
Quàm miserè languentium ſtragem
denſiſſimam populorum.
Nempè virtutes omnes
Conſepultæ
BERNARDO
Hujus pars funeris eſſent,
Si mori potuiſſent.
Caris exequiis,
Fundunt ſtillantes oculi lavacrum,
Ardentia corda rogos accendunt.
Et qui filiis amantibus
Modus eſſe poſſit
In lachrymis;
Ubi Patri amantiſſimo
Nullus

Nullus fuit modus
In beneficiis?
Fletus,
Quos fugavit,
Dum viveret,
Ciet, & repoſcit
Extinctus.
Lachrymas,
Quas tunc fundi prohibuit,
Suo funeri reſervavit.
Solare tamen tellus;
Non totus à te raptus
BERNARDUS.
Eſt.
Adhuc ſcilicèt ſibi
Candida apud te ſupereſt in familia.
Sanctitatis paternæ candidata
Pulchram Patris decori hæreditatem
Splendidè in ſe tranſmiſſam
Sibi jure legitimo vindicavit.
Avulſa
OLIVA,
Adhuc futuris ſeculis profutura
Suis in[a] novellis floridè perennat.
Adhuc Sol inoccid uæ ſanctitatis,
Vel poſt occaſum,
Quaſi in aſtris vicariis,
In filiis luminoſis

[a] Pſal. 143.

Q Poſthu-

Poſthumo nitore ſcintillat.
Generoſa ſurget de ſobole
Mulier [a] fortis
[b] FRANCISCA.
Hæc una ſatis
Supra ſexum aſſurgens,
Spes familiæ robuſtas,
Et ſacræ ſummam fælicitatis
Implebit;
Quæ ſanguine,
Et virtute
Verè Romana,
Cœleſtibus triumphis
Patrium mox Capitolium illuſtrabit.

a Proverb. 31.
b S. Franciſca Romana Congr. Olivet.

Sacrum cadaver ſuaviſſimum odorem efflat.

ELOGIUM XCIII.

Quidni floris excuſſi
Et cadaver
Odorum ſit?
Quidni thus [c] probatiſſimum,
BERNARDE,
Verſo in acerram pheretro,
Vel de ſupremis rogis
In halitus ſuaves vaporares?

c Eccl. 50.

Quæ

Digitized by Google

Quæ[a] ſepulturæ tuæ
Præparaſti, dum viveres,
De[b] fracto nivei corporis alabaſtro
Fragrantia effundis unguenta.
Dum metit[c] electiſſimam myrrham tuam,
Potuit mors quamvis putida
Ex aromatibus tuis
Contrahere[d] ſuavitatem odoris.
Pretioſa planta,
Falce lethali inciſa,
Odorato de vulnere
Diſtillas balſamum tuum.
Gelidus[e] ſurgit Aquilo,
Tepidus venit Auſter,
Perflantes hortum tuum,
Et fluunt aromata illius.
Quicunque mortuus cœlo,
Fætido ſpiritu
Stygiam exhalas mephitim,
Diſce jam benè olere,
Vel ab extincto.
Stillantibus ab oculis
Collige myrrham tuam,
Et lachryma odoraria
Animam corruptam perfunde.
Fluit domeſtico è fonte
Parabile opobalſamum æternitatis.
Panchæa hac gutta

a Joann. 12.
b Matt. 19.
c Cant. 5.
d Eccl. 24
e Cant. 4.

Delibuta putredo noſtra
Vel ipſo olet ſuavius è ſepulchro.

Sacri contactu corporis plurimi contagioſa lue afflati mirè curantur, inter quos præcipui Fratres Hieronymus Neapolitanus, Chriſtophorus Bononienſis, Gregorius Tavenſis, & Raynerius Romanus.

ELOGIUM XCIV.

Quid perhorreſcis pheretrum?
Vides
Non depoſitum mortis,
Sed pignus vitæ.
Salutari infectum contagio
Sublati animi mores
Servat vitale cadaver;
Et vel victis exuviis
Mortem victricem ulciſcitur.
Fluit ab extincto
Salus;
Et medicati funeris
Cinis etiam ſalubris eſt.
Redit ſol ipſe [a] retro ab umbra ejus.
Amat etiam poſt funera
BERNARDUS,

[a] Eccl. 42.

Et

Et quos voce non poteſt,
Loquitur beneficiis
Amores.
Vitam,
Quam noluit ſibi,
Poteſt aliis amantiùs prorogare;
Et ſpiritum donare,
Quo caret.
Prodegit ille ſuam,
Ut una, ac pretioſiſſima,
Multas poſſet extinctus compenſare.
Nempe quàm aliis chara, atque pretioſa,
Tam vilis, & odioſa
BERNARDO.
Miratur mors,
Sua ſe vinci victoria,
Et ſuo ſe luget jugulatam trophæo.
Jam ſui pudet triumphi;
Et eum rapuiſſe pænitet,
Qui tot eriperet ſibi.
Gravem extincti filii jacturam,
Patria,
Spolii pretioſi
Opulenta hæreditate ſolare.
Exiguum cinerem,
Quo tuus decrevit gigas,
Reconde in urna cordis.
Hoc benè ſaburrata

Ambiguæ ſortis fluctus jactantes;
Nè metue.
Tibi hic
Præſidium ſatis;
Domiti Averni monſtra
BERNARDI
Domitoris
Terret vel umbra.

Antonii Ghini de Senis arida manus ſacri contactu corporis ſanatur.

ELOGIUM XCV.

An non arida manus
Florei contactu corporis
Refloreſceret?
Aridi floris
Amænum quoque cadaver eſt,
Et ipſe vernat cinis.
Quid dextera contracta
Contrarium magis
Profuſæ obyceres charitati?
Vel de gelidò cinere
Poſthumis ebullit ardoribus,
Ut inimicum gelu diſſolvat.
Medica charitas
Manum primùm explorat,
Frigidos

Frigidos, ac rigentes articulos
Medicato tepore laxatura.
O cui palma ſteriliter areſcit,
Audi;
Uno hoc fructum à palmite
Cœlicus expectat agricola.
Avaram chiragram excute,
Et[a] manum diſſolutam conforta.
Odit moroſas manus
Actuoſa cœli militia.
Has in cœlum[b] extende
Moſes[c] ſolers, ut vincas.
Cœlum[d] violentis expoſitum
Torpida manus deſperet.
De flexilibus nervis
Muſicus amor
Fabricat cordas ſuas,
Dulcem ſibi facturus harmoniam.
Sint,
Ut cœleſtis Sponſi,
Ita & dilectæ
Manus
Faciles,[e] tornatiles, aureæ;
Et plenæ,
Quos diffundant,
Hyacinthis.
Prodigus ille ſuas,
Vel moriturus[f] aperuit;

a Iſaiæ 35
b Lucæ 6.
c Exodi 17.
d Matt. 11
e Cant. 5.
f Pſal. 144.

Et

Et ne eas tenax mors clauderet,
Clavo avaritiam prohibuit.

Joanna de Bonoconventu energumena cingulo Bernardi præcincta à Spiritu invaſore liberatur.

ELOGIUM XCVI.

Potuiſſe toties Erebum,
Vinci
A BERNARDO,
Dum viveret,
Mirum;
Sed mirum magis
Vinciri potuiſſe
Ab extincto.
Tu quoque ſpiritus nequam
Funeris triũphalis molem auges captivus;
Et ad ingloriæ dedecus ſuperbiæ
Gelidiſſimus cinis
Domitor tui
Tuis inſultat incendiis.
De prædatrice
Præda,
Callida in laqueos incidiſti
Vulpecula.
Utcunque ore trifauci horrendum latres
Cerbe-

Cerberus catenarius,
Jam mordere non valeas.
Te tuis catenis magis
Hi laquei premunt,
Quia tenaciſſimæ, & tibi odioſæ
Vincula charitatis.
Obſeſſus de obſeſſore,
Tuis captus es in præſidiis;
Et ut inviſum carcerem exuas,
Occupata ſtativa cogeris invitus deſerere.
O ingenium charitatis,
Quæ manumiſſura,
Captivat!
Et nexibus ſequeſtris
Orci contubernalis
Mirè conciliat divortia!
O fortiſſimum militem
BERNARDUM!
Et quid tua poſſint arma,
Si vel militiæ cingulum
Acies Tartareas flagellat?
Ceſſent inferni poſtes;
Erebi effræni licentiam
Hæc ſatis lora cohærceant.

Mulier

Mulier Fauſtina de Monte Sancti Sabini ab inſanabili ſanguinis fluxu ad pheretrum Bernardi liberatur.

ELOGIUM XCVII.

An non ſiſtere poſſet & fluxum
Sanguinis,
Qui ſiſtere potuerat & fluxum
Vitæ?
Ardentiſſimæ fervor charitatis,
Quos ſuis olim è venis
Imbres purpureos expreſſerat,
Cohibet nunc in alienis.
Scilicet illa,
Uti ſui prodiga ſanguinis,
Ita tenax
Alieni.
Ardor diverſus ſui,
Jam non laxat,
Sed cogit.
Vel ipſo è gelu mortis
Potuit vitales artes contraxiſſe,
Ut juvet,
Et extinctus.
Crederes,
Stillantes liquidæ vitæ fontes
Niveæ à facie innocentiæ
Obri-

Obriguiſſe.
Statim ſcilicèt [a] ſtetit unda fluens,
Et exſiccatum eſt [b] mare rubrum.
Hæmorrhois virulenta,
Vel de cinere floridam
Peplion [c] illicò ſenſit ſalutarem.
In compede purpurea
Siſtit vitam fugacem;
Et medicato cinere cœcans
Venas malè ocellatas,
Diem jam labentem coercet.
Fluit vita tua,
Mortalis,
Fluxo in ſanguine labilis.
Irrequietus fluor
Citato, ſivè pulſu,
Sivè impulſu
Se ſucceſſivè trudit,
Et impellit.
Lubrica vita,
Una poſita in fuga,
Tranſitus [d] eſt:
Nunquam eſt illa minùs,
Quàm quùm eſt;
Et jam abiit,
Dum quæritur.
Sua ſe per puncta trucidans,
Suas nutritur per mortes.
Parens,

Et

a Exodi 15
b Pſalm. 105
c Plin. 20. cap. 20.
d Sap. 2.

Et homicida ſui;
Et ſui vorago ſimul,
Et origo,
Singulis ſe momentis
Reparatura necat,
Reparat necatura;
Ut [a] quædam ſit prolixitas mortis
Seù veriùs [b] nihilum fluens.

a S. Greg. homil. 37.
b Pſal. 38.

Dominica Griffoli de Monterone hydrope incurabili laborans ad pheretrum Bernardi ſaluti reſtituitur.

ELOGIUM XCVIII.

Quis [c] eſt hic;
Quia mare, & venti obediunt ei?
Et quid eſt [d] tibi mare,
Quod à
BERNARDI
Cinere fugiſti?
Cinis humilis protinus
Tuis legem [e] poſuit aquis,
Nè tranſeant fines ſuos.
At quid fluctu [f] tumente contrarium magis
Tenui cineri obyceres?
Tumeſcentem languorem,
Quo ſemel laboraverat vivens,
BER-

c Matt. 8.
d Pſal. 113
e Proverb. 8
f Job 38.

BERNARDUS
Adhuc extinctus abhorret.
Ipſa quoque poſt funera
Salubria vivunt odia.
Vel de rogis ſupremis
Gelidas in iras accenditur;
Et aquoſum languorem corporis albi
Vitalibus exſiccat ardoribus.
Hydropi laboranti
Salubris [a] Olei rivos — a Job 29.
Fundit arida
OLIVA;
Et fluit de ſicco cinere
Requies [b] ſitis. — b Sap. 11.
Mortalis
Cave,
Nè ardenti [c] dypſade virulentior — c Plin. 23. cap. 8.
Arida te mordeat cupiditas.
Si ſemel venis bibulis
Sitiens venenum attraxeris,
Nullis deindè fontibus mitiganda
Contra te ſitis [d] protinùs exardeſcet. — d Job 18.
Creſces indulgens tibi dirus hydrops,
Et potu [e] ſitim paſces: — e Oſeæ 11.
Utcunquè [f] abſorbeas flumina, — f Job 40.
Non miraberis;
Et habebis fiduciam,
Quòd influat mare totum in os tuum.
Bibes

a Aggæi 1. [a]Bibes,
Nec inebriaberis;
b Job 20. Dilatatus [b] arctaberis,
Non impleberis;
c Aggæi 1. [c]Impletus,
Non ſatiaberis;
Satiatus,
d Job 20. [d] Æſtuabis;
Et ſiccis aquis gravidus
Sitim paries.
Aquæ,
e Proverb. 25. Quas de [e] turbido fonte,
Atque corrupta vena
f Jer. 2. Bibimus in [f] via Ægypti,
Plus potæ,
Plus ſitiuntur.
g Jer. 17. Vena [g] aquarum viventium
Dominus.
h Pſal. 15. Tunc perfectè [h] ſatiabimur,
i Cant. 4. Quando de [i]mundo fonte,
Atquè ſignato,
Puro, ac pleno potabimur
l Pſal. 35. Defecatæ[l] torrente voluptatis.

Sacram

Digitized by Google

Sacrum Bernardi corpus reperiri adhuc non valuit, quod ideò factum creditur, quia id humilis ſervus moriens à Domino poſtulaverit.

ELOGIUM IC.

Fuit hæc tuæ avaritia
Profuſæ humilitatis,
O BERNARDE,
Ut depoſiti corporis tui
Pretioſis fraudaremur exuviis.
Ut poſt funera totus
Terræ lateres obſequiis,
Cineres etiam
Providus condidiſti.
Inviſam horres adeò ſuperbiam,
Ut vel innoxiam
Humili verearis in cinere.
Sed fruſtra quæris latebras,
Quis enim lucem tegat,
Quæ vel ipſis è tenebris,
Micat illuſtrior?
Utcunquè adimas reliqua,
Nomen
Glorioſum ſupererit,
Quod nulla extinguat oblivio,
Quod vel ad ſanctam invitæ demiſſionis
ſuperbiam Vene-

Veneratrix colat poſteritas.
Quin deſiderium ſui
Addit cineri gloriam.
Per artes ſuas
Fæliciter decepta
Calcat faſtu majori
Faſtum inviſum humilitas.
Tuo tellus viduata cadavere
Inextinctum te dubitat,
Aut totum raptum ſibi
Ac invidis à ſuperis vindicatum;
Et jam tanquam cœleſtem,
Cinerem,
Quo caret,
Adorat.
Prome terris amantibus
Sublati herois
Mors
Tandem exorata cadaver.
Cur in hoc, ceteroqui nimiùm prodigam,
Noſtri ad irritamentum doloris,
Soli experimur avaram?
Non magnum eſt,
Quod petimus.
Partem minimam poſcimus,
Quam tibi ſolam
Tanto de funere vindicaſti.
Hanc ut debitam ſibi
Tellus

Tellus ſpoliata repoſcit.
Petimus à victrice
Victi
Solatium miſerum,
Et noſtræ exuvias jacturæ.
Vel leviſſimi cineris
Levem nè puta rapinam;
Buſti ſcilicet aurei
Cinis etiam pretioſus eſt.
Verùm canimus ſurdæ.
Vivacis illa funeris
Cineres ipſos horret;
Et ſibi ab illis metuens,
Tanquam ſemina vitæ
Adhuc tenaciùs cuſtodit.
Ah depoſiti corporis
Depoſitum pretioſum,
Terræ
Faciles Superi,
Aut reddite,
Aut retegite.
Viduatæ matri
Hæc extincto de filio
Luctuoſa debita hæreditas.
Aſtra immortalia
Spirantem, ac vivacem
Suis in theſauris
Servent archetypum:

Ægri mortales
Saltem gelidam umbram,
Et exanguem habeant imaginem,
Amiſſi deſiderium
Solaturi.

A Summo Pontifice Innocentio X. ob cultum immemorabilem, Bernardum uti Beatum coli decernitur anno Salutis 1644.

ELOGIUM C.

Quidni exornandæ
BERNARDI
Sanctitati
Cum aſtris ſuffragantibus
Regnatrix
INNOCENTIA
Fæderatis ſuffragiis conſentiret?
Quidni poſſeſſionis legitimę uſu lõgiſſimo
Veluti mancipatam
Apud cœlites beatitatem,
Vicaria etiam Divinitas apud homines
Decretis inerrantibus comprobaret?
Dum proſpicit[a] de cœlo juſtitia,
Veritas de terra orta eſt.
Solare tellus naufraga
Sacro ex ore.

[a] Pſal. 84.

CO-

[a] COLUMBÆ
Vaticanæ
Florida vireſcit
OLIVA,
Quam multiplicatam [b] uberi ſenecta
Jam [c] pennis deargentatis,
In qua [d] plantata eſt,
Profert de Domo Domini.
Dum floridæ in delicias religionis
Pretioſiſſima
LILIA
Tyberinum vernant ad marginem,
Dat & Lilium Acconæ
Suavitatem [d] odoris.
O te terquè, quaterquè beatum
BERNARDE,
Quem cœli amanuenſis
De annalibus beatæ æternitatis
In ſacros faſtus Reipublicæ Chriſtianæ
tranſcripſit.
Dum de deſerto tuo,
Flos amæniſſimæ ſanctitatis
Tertium poſt ſeculum
Adhuc vegetus vernas,
Et odoratam animam
Adhuc vivaciùs vaporas;
Stillas de flore tuo
Tuæ libamina mellea ſanctitati,

a Gen. 4.
b Pſal. 91.
c Pſal. 67
d Pſal. 91
e Eccl. 24.

Et

Et ceras odoratas
Sacro tuo nomini arſuras.
a Cant. 6. Te filii [a] Sion
Beatiſſimum prædicant,
Dum Regina Religio
Laudavit te.
b Lucæ 1. Nempè [b] reſpexit Dominus
Humilitatem famuli ſui;
Et fecit tibi magna,
Qui potens eſt.
Ecce enim te ex hoc Beatum dicent
Omnes generationes.

A Clemente X. Summo Pontifice aris admotus, atque publico cultu decoratus Anno 1673.

ELOGIUM CI.

c Eccl. 50. Plena tandem eſt [c] Luna
In diebus ſuis.
Luna inſigne Fam. Ptol. Crevit hæc [d] mirabiliter
In conſummatione.
d Eccl. 43. Inter argenteos ignes Vaticani
Aſtrum lacteſcens
Candidum orbem ſuum,
Et noſtræ ſummam fælicitatis implevit.
Sacram

BER-

BERNARDI
Gloriam,
Jam diù honoribus cœlitum adultam,
Altaribus, & flamine donavit
DECUMANA
CLEMENTIA.
Commiſeratus noſtri impatiētiam amoris,
Atquè longi patientiam deſiderii,
CLEMENS
Janitor cœli,
Pretioſis clavibus
Recluſo Capitolio æternitatis,
Superis mixtam choris
Animam triumphalem
Terris veneraturis expoſuit.
Dum ſub argenteo
SYDERE
Aurea telluri ſecula rediere,
Sereni à facie cœli
Exultantibus [a] lignis ſylvarum, [a] Pſal. 95.
Et fructifera
[b] OLIVA [b] Pſal. 51.
Fructum dedit in tempore ſuo.
Jam effuſo copioſiùs
Oleo ſuo
Sacras [c] lucernas illuminat, [c] Pſal. 17.
Et aras ſibi
Ritè dedicatas

Accendit.
Exulta
Fælix Patria;
Quem ſalutaſti
Civem,
Divum
Adora.
Quem rapuerat Auguſtus,
En ſolito majorem,
Et victimis auguſtum
Reducit;
Et jam ſacris ardoribus ferventior
Tui cordis ex acerra
Caſtos amores vaporat.
Mater turrita Divum
Tuam tibi gratulare fæcunditatem;
Et domeſtica in aſtra,
Sanctè ſuperbiens,
Sublime caput attolle.

Ad Beatum Bernardum agnatum ſuum authoris peroratio, & operis concluſio.

ELOGIUM ULTIMUM.

Aſtrorum immortalium
Aurea licet corona redimitus,
BERNARDE

Flore-

Floreum hoc ſertum tamen,
Nè dedignare,
Quod tibi noſter nectere eſt auſus
amor:
Utcunquè humili ſtylo digeſtum ſit,
Floribus contextum eſt tuis,
Quos
A te culta eremus
Adhuc copiosè ſuppeditat.
Conatus quamvis fuerim tenuis
Grandia;
Ignoſcendum amori.
Dum totus tibi litat Chriſtianus orbis;
Quidni ego flore ſuo
Aras Agnatæ ſpargerem ſanctitatis?
Dum velut
a OLEUM — a Cant. 1.
Effuſum eſt circumquaque nomen tuum,
Univerſis tibi populis acclamantibus,
Unus ego
Tacerem,
Nec poſſem,
Nec auderem.
Potuit ipſum jus ſanguinis
Me impotentem ad plauſum
Non excitaſſe modò,
Sed coegiſſe.
Qui lingua noſtra ſibi temperaret;
Dum,

Dum,
Quem gratulor mihi
[Quamvis non ſinè verecundia]
Communis tecum ſanguis
Tacitas intra venas
Arcano unùm te murmure reſonaret?
Decorum eſt,
Et nobis,
De Te loqui,
Cui, & pro tua,
Et pro noſtra etiam gloria,
Debeamus.
Sancta nobis ſuperbia
Cœlitibus permixtam
Noſtri ſanguinis partem venerari;
Et familiarem ſanctitatem de Cœlo
Faciliùs ideò audituram invocare.
Fac tu,
Quod potes,
Junctum naſcendi ſorte
Jungi pariter tibi vivendi laude;
Et uti participem ſanguinis,
Ita cohæredem beatitatis.

LAUS DEO.
FINIS.

CORO-

Digitized by Google

CORONA
FLOREA
BEATO
BERNARDO
PTOLEMÆO
OLIVETANÆ CONGREGATIONIS
FUNDATORI
Contexta
a
GERMANICO
PTOLEMÆO.

Digitized by Google

Digitized by Google

B. Bernardus cælitùs repentina cœcitate percuſſus vitam ſanctiorem inſtituit.

ODE I.

CÆcitas, livens oculi venenum,
  Languidum curat medicata lumen.
  Pura, quis credat, tenebras ſerenæ
      Semina lucis?
Nox diem pandit, retegitquè, cæci
  Quem dies antè eripuere ſolem;
  Et vias rectas procul evaganti
      Fulgida ſignat.
Vincis argutum exoculatus Argum.
  Cæcus arcanum jubar intueri
  Palpebra invicta potes, & ſuperni
      Fulgura Solis.
Has Amor ſpargit nebulas doloſus
  Corda rapturus. Placuiſſe cæcus,
  Sic potes cæco; ſimiliſquè amantem
      Urere Amorem.
Splendeant poſthac aliis ſereni
  Syderum vultus, nitidiquè ſoles:
  Hæc dies jugis, precor, una noſtros
      Umbra coloret.

Seceſſu-

Seceſſurus in Eremum in ſui ſeculi ſcelera, Guelphorum, ac Ghibellinorum factionibus luctuoſiſſimi declamat.

ODE II.

DUra ò cruento ſecula, ſecula
Recuſa ferro! Palpitat Italus,
Feſſuſquè jam procumbit orbis,
Turpè ſuis laceratus armis.
Heù luctuoſo murmure civici
Volvuntur amnes ſanguinis ebrii;
Et miſcet Eurὸpam, quatitquè
Heſperiæ ſonitus ruentis.
Infanda diri menſa Lycaonis
Non vana aheni fabula ſeculi;
Diræquè non unum chelydris
Exagitant rabidis Oreſtem.
Inſana flamma, eheu, nequè frigidis
Pepercit aris: ſacraquè (proh nefas!)
Miſcens profanis, nil reliquit
Perfidiæ, ſceleriſvè inauſum.
Humana poſtquam pectora perfidam
Hauſere Erinnyn, cordaquè Cerberi;
Liventquè dum venæ ceraſtis
Vipereis gravidæ venenis;
Ad teſqua, ad antra, & ſaxa ad inhoſpita
Securiora ad limina provoco.

Ah

Ah pandite inſontes latebras
Sæva minus fera monſtra belvæ.

Properat in Eremum Accona.

O D E III.

O Jugis Hyblæ roſeis Eremus
Dulcior, tutæ penetrale pacis,
Hoſpita ò Divum domus, & pudici
Nidus Amoris.
Pande anhelanti placidos receſſus;
Excipe inſanæ timidum procellæ.
Turbido è fluctu ad benè portuoſa
Littora ſolvo.
Hic procul rauco populi tumultu
Quàm juvat ſylvæ taciturnus horror,
Luſtraquè, & rupes, habitata ſolis
Limina belvis!
Urbica incautum mage delicata
Monſtra me terrent nocitura fraude.
Integer quæro, ſceleriſquè purus
Paſcere tigres.
Aſperæ cautes, ſalebræquè amanti
Languido molles; ſcopuliqueHymettus;
Squallida Acconæ juga inhoſpitalis
Florida Tempe.
Hinc vaga inſomnis ſpeculabor aſtra,
Et

Et ceras odoratas
Sacro tuo nomini arſuras.
a Cant. 6. Te filii [a] Sion
Beatiſſimum prædicant,
Dum Regina Religio
Laudavit te.
b Lucæ 1. Nempè [b] reſpexit Dominus
Humilitatem famuli ſui;
Et fecit tibi magna,
Qui potens eſt.
Ecce enim te ex hoc Beatum dicent
Omnes generationes.

A Clemente X. Summo Pontifice aris admotus, atque publico cultu decoratus Anno 1673.

ELOGIUM CI.

c Eccl. 50. Plena tandem eſt [c] Luna
In diebus ſuis.
Luna inſigne Fam. Ptol. Crevit hæc [d] mirabiliter
In conſummatione.
d Eccl. 43. Inter argenteos ignes Vaticani
Aſtrum lacteſcens
Candidum orbem ſuum,
Et noſtræ ſummam fælicitatis implevit
Sacram

BER-

BERNARDI
Gloriam,
Jam diù honoribus cœlitum adultam,
Altaribus, & flamine donavit
DECUMANA
CLEMENTIA.
Commiſeratus noſtri impatiẽtiam amoris,
Atquè longi patientiam deſiderii,
CLEMENS
Janitor cœli,
Pretioſis clavibus
Recluſo Capitolio æternitatis,
Superis mixtam choris
Animam triumphalem
Terris veneraturis expoſuit.
Dum ſub argenteo
SYDERE
Aurea telluri ſecula rediere,
Sereni à facie cœli
Exultantibus[a] lignis ſylvarum, a Pſal. 95.
Et fructifera
[b]OLIVA b Pſal. 51.
Fructum dedit in tempore ſuo.
Jam effuſo copioſiùs
Oleo ſuo
Sacras [c] lucernas illuminat, c Pſal. 17.
Et aras ſibi
Ritè dedicatas

Accendit.
Exulta
Fælix Patria;
Quem ſalutaſti
Civem,
Divum
Adora.
Quem rapuerat Auguſtus,
En ſolito majorem,
Et victimis auguſtum
Reducit;
Et jam ſacris ardoribus ferventior
Tui cordis ex acerra
Caſtos amores vaporat.
Mater turrita Divum
Tuam tibi gratulare fœcunditatem;
Et domeſtica in aſtra,
Sanctè ſuperbiens,
Sublime caput attolle.

Ad Beatum Bernardum agnatum ſuum authoris peroratio, & operis concluſio.

ELOGIUM ULTIMUM.

Aſtrorum immortalium
Aurea licet corona redimitus,
BERNARDE

Flore-

Floreum hoc ſertum tamen,
Nè dedignare,
Quod tibi noſter nectere eſt auſus
amor.
Utcunquè humili ſtylo digeſtum ſit,
Floribus contextum eſt tuis,
Quos
A te culta eremus
Adhuc copiosè ſuppeditat.
Conatus quamvis fuerim tenuis
Grandia;
Ignoſcendum amori.
Dum totus tibi litat Chriſtianus orbis;
Quidni ego flore ſuo
Aras Agnatæ ſpargerem ſanctitatis?
Dum velut
[a] OLEUM
Effuſum eſt circumquaque nomen tuum,
Univerſis tibi populis acclamantibus,
Unus ego
Tacere,
Nec poſſem,
Nec auderem.
Potuit ipſum jus ſanguinis
Me impotentem ad plauſum
Non excitaſſe modò,
Sed coegiſſe.
Qui lingua noſtra ſibi temperaret;
Dum,

[a] Cant. 1.

Dum,
Quem gratulor mihi
[Quamvis non ſinè verecundia]
Communis tecum ſanguis
Tacitas intra venas
Arcano unum te murmure reſonaret?
Decorum eſt,
Et nobis,
De Te loqui,
Cui, & pro tua,
Et pro noſtra etiam gloria,
Debeamus.
Sancta nobis ſuperbia
Cœlitibus permixtam
Noſtri ſanguinis partem venerari;
Et familiarem ſanctitatem de Cœlo
Faciliùs ideò audituram invocare.
Fac tu,
Quod potes,
Junctum naſcendi ſorte
Jungi pariter tibi vivendi laude;
Et uti participem ſanguinis,
Ita cohæredem beatitatis.

LAUS DEO.
FINIS.

CORO-

CORONA
FLOREA
BEATO
BERNARDO
PTOLEMÆO
OLIVETANÆ CONGREGATIONIS
FUNDATORI
Contexta
a
GERMANICO
PTOLEMÆO.

Digitized by Google

B. Bernardus cælitùs repentina cæcitate percuſſus vitam ſanctiorem inſtituit.

O D E I.

CÆcitas, livens oculi venenum,
Languidum curat medicata lumen.
Pura, quis credat, tenebras ſerenæ
Semina lucis?
Nox diem pandit, retegitquè, cæci
Quem dies antè eripuere ſolem;
Et vias rectas procul evaganti
Fulgida ſignat.
Vincis argutum exoculatus Argum.
Cæcus arcanum jubar intueri
Palpebra invicta potes, & ſuperni
Fulgura Solis.
Has Amor ſpargit nebulas doloſus
Corda rapturus. Placuiſſe cæcus,
Sic potes cæco; ſimiliſquè amantem
Urere Amorem.
Splendeant poſthac aliis ſereni
Syderum vultus, nitidiquè ſoles:
Hæc dies jugis, precor, una noſtros
Umbra coloret.

Seceſſu-

Ah pandite inſontes latebras
Sæva minus fera monſtra belvæ.

Properat in Eremum Accona.

O D E III.

O Jugis Hyblæ roſeis Eremus
Dulcior, tutæ penetrale pacis,
Hoſpita ò Divum domus, & pudici
Nidus Amoris.
Pande anhelanti placidos receſſus;
Excipe inſanæ timidum procellæ.
Turbido è fluctu ad benè portuoſa
Littora ſolvo.
Hic procul rauco populi tumultu
Quàm juvat ſylvæ taciturnus horror,
Luſtraquè, & rupes, habitata ſolis
Limina belvis!
Urbica incautum mage delicata
Monſtra me terrent nocitura fraude.
Integer quæro, ſceleriſquè purus
Paſcere tigres.
Aſperæ cautes, ſalebræquè amanti
Languido molles; ſcopuliqueHymettus;
Squallida Acconæ juga inhoſpitalis
Florida Tempe.
Hinc vaga inſomnis ſpeculabor aſtra,
Et

Et patens cœli laquear canoris
Dicet hic antris querulos amores
Vocis imago.
Hinc necem quercus memorabit; illinc
Numinis ſertum rubus, & flagella;
Et nemus totum lacerum dolenti
Pinget Amorem.

Anteacta vitæ labes ubertim, & amariſſimè luget.

ODE IV.

DUlce ſolamen, liquida & voluptas,
Nectar ò Divum, ruite, irrigate
Os, ſinus ſegnes lachrymæ, beati
Semina riſus.
Gutta languentem refice ò Sabæa;
Indigum dita Danaes procella:
Luminum rores mihi margaritæ,
Lumina conchæ.
Quid vada aurati pretioſa Gangis
Invidus quæro? Mihi fletus Eos;
Hac dies, triſti & ſinè nube Titan
Naſcitur unda.
Dicitur ſalſa genita Amphitrite
Dulcium mendax genitrix amorum:
Hoc Amor fluctu ſatus, hoc pudicus
Paſcitur ardor.
Fun-

Funde Jordanem lachrymoſa totum
Prodiga ò vena abluitura ſordes;
Et fluant plenis animæ ulceroſæ
Balſama rivis.
Sic gemens feſſas, ſacer Heraclite,
Lachrymas urges, calidoquè fervens
Dum ebrius fletu raperis, furiſquè,
Ridet Olympus.
Dum graves purum genitrice flamma,
Largiùs ſtillant oculi liquorem;
Quis nives caſto neget æſtuantem
Claudere corde?

Se inter ſpinas volutat concupiſcentiæ ſtimulos repreſſurus.

ODE V.

SInt roſæ ſpina genitæ rigenti,
Sanguinis vivo ſaturantis oſtro:
Hi ferunt caſto ſaturi cruore
Lilia dumi.
Non Dionæo maculata tabo
Spina gemmaſcit, ſed amantis ægri
Floridum vulnus madidam pudico
Lacte colorat.
Horret intactos, rigidoſquè flores
Sordida, ac mollis Venus; atque acuti
Lan-

Languidam ſentes jugulant, timenda
Spicula, peſtem.
Sanguinis feſſa nivei procella
Mergitur cordis malè ſanus ardor:
Sauciæ venæ domitus Salubri
Vulnere languor.
Dum nives inter rubus æſtuoſas
Ardet, & floret; properate amantes:
Florida hic præbet rubus innocenti
Pabula flammæ.
I', triumphator: Nova ſerta fronti
Cinge ſtillanti benè texta dumo:
Et ſatos pulchro mete non caducos
Sanguine flores.

A Tartareis ſpiritibus dirè vulneratus, à JESU Crucifixo mirè ſanatur.

O D E VI.

EXcita Averno turbida livido
Procella dira grandine candidos
Deflorat artus, & flagellat
Vulnifico furibunda nimbo,
Mille innocentis ſanguinis ebria
Juncta, heù, trifauci monſtra Acherontia
Jam dente BERNARDUM cruento
Seminecem lacerant, trahuntquè.
Succis

Succis beata aſt vulnera cœlicis
Dignata, veri & pollice Apollinis?
Accurrit oportunus ægro
Æger Amor; properatque amanti
Ægri ſalubri in vulnere ſanitas.
Tergit ſuavi ſanguine ſanguinem;
Miſcetq; plagas, & reducit
Suppliciis medicis ſalutem.
O cœli amores, curaquè nobilis,
BERNARDE; cujus vulnera ſauciant
Vel corda Amoris; & pericla
Solicitos tenuere Divos!
Si plagæ, ſanguis, ſemina gaudii;
Monſtra i, laceſſi, tardaquè provoca;
Et pone cladem profuturam
Exuvias Erebi gementis.
Inſulta Averno victus; & exprobra
Arma impotenti, pulchraquè vulnera;
Obductaquè irritet frementem
Syderibus rutilans cicatrix.
Quæ corde condis vulnera, queque Amor,
Dum ſanat, aurea cuſpide refricat;
Hæc prome ſecurus triumphi
Tela truci trepidata Diti.

Malum Dæmonem ſub ſpecie formòſiſſimæ puellæ ejus pudicitiæ inſidiantem fugat.

O D E VII.

MArte, dum frendet, toties Avernus
Fractus adverſo; graviore pugna,
Sæviùs blanda nociturus arte,
Armat amores.
Fœda (quis credat?) Stygio Megæra
Gurgite emergens, Veneris doloſos
Induit vultus, hyememquè mendax
Vere colorat.
Nocte diſcuſſa, en oculos dealbat
Luce mentita; lachrymaſque riſu
Tergit inviſo; & colubros comantes
Illinit auro.
Jam facem mutat: poſitis ceraſtis
Cypridis molles benè tractat arcus;
Et renidenti jaculat ſerena
Fulmina vultu.
Corda at incaſſum facibus pudica
Turbidis tentas, niveumquè pectus
Impotens ardor. Melioris ardet
Semine flammæ.
Redde te nigris Erebi caminis,
His focis dignus, furialis ardor:
Semper

Semper arſuros redivivo adure
Funere torres.

Virgo Deipara Bernardo candidam tunicam de cœlo donat.

O D E VIII.

SUme, quam, nudi miſerata, veſtem
Exhibet Mater. Potuiſti amantum
Languidum cor ſolicitaſſe Divum,
Dives egeſtas.
O nimis fœlix! Tunica hæc profuſa
Gaza, & abjecto benè conſtat auro:
Haud Tagus totus pretium, haud ſuper-
Æquet Hydaſpes. (bus
Nobile hoc ſtamen tibi luminoſis
Texuit penſis operoſa Pallas.
Præbuit ſtellans digito micanti
Vellera Phryxus.
Splendidam byſſum niveus ſerenæ
Mollis auroræ faturavit albor;
Tinxit argenti ambitioſa rivis
Candida Phæbe.
Digne, quem florens ſibi candidatum
Caſtitas puris tunicet liguſtris;
Cui chlamys texta nive, lacteiſquè
Candicet aſtris.

Te toga hac veſti ſuperi Senatus.
Purpura hęc Regis, ſuperũque amictus.
Cœli in integra intemeratus aula
Purpurat albor.

Oſtenditur oranti ſcala argentea cœlum attingens, in cujus ſummitate Chriſtus JESUS, & Virgo Deipara, multis in veſte candida per ejus gradus cœlum conſcendentibus.

ODE IX.

Astra pugnaci prece quid laceſſis?
Arduum pandunt tibi victa limen;
Cœlitum crebro patuere fracti
Ariete poſtes.
Sternit en gaudens polus occupari
Scanſile argentum. Pretioſa fulvæ
Machina hæc uno benè charitatis
Quæritur auro.
Candido callis rutilus metallo
Panditur. Solus Superos ad orbes
Monſtrat è terris itèr innocenti
Lumine candor.
Cerne: te Sol impatiens olympo
Dulce cunctantem vocat, æſtuanti
Junctus Auroræ: ſequere impotenti ab
Axe vocantes I'

Digitized by Google

I' novum fœlix iter, o nitentis
Agminis ductor; niveæquè prolis
Lacteis virtus animoſa patrem
Inſerat aſtris.
Cœlitùm pubes glomerata ovanti
Spargit en flores, geminatque carmen.
Cedit auratum obſequioſa ſertum
Lucida Gnoſſis.

Dum peſtifera lue Senis graſſante ægris opitulatur, victima charitatis occumbit.

ODE X.

TOtum refracto margine ferreo,
Cocitum, aduſtis fluctibus obruant,
Vivumquè contriſtent ut orbem,
Tænariæ vomuere ripæ.
Vapor maligno turbidus halitu
Solemquè purumquè inficit æthera.
Verſatquè jam falcem, rotatquè
Ænotriis Libitina campis.
Nil incruentum. Sydera perfido
Armantur auro: tabida languidi
Hauſere vel flores venena:
Et faciles jugulatis auræ.
Tellus ſepulchris ſqualida deficit,

Rogiſquè ſylvæ ; nec famulæ manus,
Nec triſte ſolamen citatis
Exequiis lachrymæ ſuperſunt.
Inſanienti pectora Tartaro,
BERNARDE, vitæ prodigus obijcis;
Nec patriæ horrendum minantes
Impavidum retrahunt ruinæ.
Deliberata morte ferocior,
Qua dirus æſtus ſævior, irruis ;
Hauritquè ſecurus pericli
Triſte gelu generoſus ardor.
O charitatis victima, te tuis
Amor ſacerdos ignibus immolat :
Monſtriſquè laſſatis domari
Difficilem domuere amores.
Haud Neſſus ægrum peſtifer Herculem
Urit venenis; ardor amabilis
Lymphatus incautum venenat,
Syderibus ſociandus ardor.

Ob lethalem è cisio casum decumbentis Authoris B. Bernardo ſuo votum.

O D E XI.

JUcunda fruſtra carmina præcipis
Pimplæa dulcis; Laurifer excidit
Pinduſquè languenti, nemuſquè
Aonium

Aonium, cytharæ, jocique.
Valete Cyrrhæ murmura; Theſpii
Valete colles. Frangere barbyton,
Mens una vati, cui rigentem
Ad ſcopulum malè fracta cervix.
Heù, nec canorum ſcandere verticem,
Auſim ſoluto fœmore languidus;
Nec Pegaſi pennæ volucres
Alliciant memorem ruinæ.
Eheu, citatum poſcor ad Æacum,
Ad mœſta cogor regna Proſerpinæ,
Lucoſquè pallentes, lacuſquè
Tænarios, gelidoſquè manes.
Moles, periclis fœta, volubilis
Rotis citatis, heù, malè creditum
(Proh ſortem acerbam!) luctuoſa
Perdidit immeritum ruina.
Sella è curuli perfida deiicit,
Mecumquè præceps lubrica volvitur;
Rapitquè ſuſpenſum, premitquè,
Et feretrum lacero, & ſepulchrum.
Cœno, & cruento vulnere ſordidus
Volvor profuſo in ſanguine palpitans,
Per ſumma jactatus, per ima,
Saxa per, & ſcopulos ſonantes.
Contuſa dirè corpora, cruraquè
Contrita: circum tempora ſinciput
Cutiſquè laxata, & refixis
Oſſibus articuli fluentes. To-

Totum recurrens Delia candidum
Revolvit orbem ; nec capitalibus
Pœnis reſolvor ; nec fatiſcens
Tecta benè, aut benè ſarta cervix.
Nec languor ægris exulat artubus ;
Truncuſvè pulſus fæmore Mulciber ;
Defervet aut æſtus ; ſed exlex
Vena ſalit numeris iniquis.
Indicta mæſto longa ſilentia ;
Excluſus aurea luce Dieſpiter
Vix lumine obliquo tenebris
Implicitum tacitis ſalutat.
Proſcriptus atris lætus ab ædibus
Cum Sole Liber. Liber, amabile
Solamen ægrorum, & levamen
Dulce animi, liquida & voluptas.
Fœcunda ſquallent flumine languido
Et fonte frigent pocula ſobrio ;
Cereſquè jejunas miniſtrat
Una dapes, oneratquè menſas.
Irata amicis aſtra nitoribus
Compeſce, cœli ſydus amabile,
BERNARDE, & exoratus ægro
Tende manus medicas Apollo.
Tu fata ſuetus frangere, & Æacum
Mollire, duræ & corda Proſerpinæ,
Potenſque Cocyto reflexam
Tænariam revocare cymbam.

Ob

Ob recuperatam ſalutem Authoris
B. Bernardo anathema.

ODE XII.

DUM rota nuper rapidus volucri
Volvor in præceps; gravidã ruinis,
Dive, tu molem regis, & ruentem
Eripis Orco.
Vivimus per te. Digito potenti
Feſſa, feſtinam Lacheſim coercens,
Penſa producis, medicaquè mulces
Vulnus OLIVA.
Arbiter vitæ, domitorquè mortis,
Jura naturæ facilis refingis:
Tu Stygem frænas, & ahena clemens
Sydera frangis.
Has tibi ſoſpes redivivus auras,
Additoſquè annos dico. Tu expiata
Labibus ſerva nova prorogatæ
Munera lucis.

Diro dolore laterum authoris laborantis
B. Bernardo votum.

ODE XIII.

ACutus angit me laterum dolor,
Miſcens doloſis ſaxa liquoribus;
Sic-

Siccisquè jactatum fatigat
Naufragiis lapidum procella.
Ut Ætna candens rupibus aſperis,
Antra aut Veſevi cæca biverticis;
Sic viſcera eructant, latuſquè
Pumiceos revoluta nimbos.
An noſtra totam viſcera Gorgonem
Hauſere? aduſtis an Niobe rigens
Succeſſit iliis, Paroſvè
Marmorea, aut ſcopuloſa Lemnos?
Diverberatum jam latus ariete
Cœco fatiſcit; jam malè naufragum
Stygem venenatam reſorbet
Difficili gravidum ſaburra.
Cloto ruentem me penetralibus
Saxis adurget perfida: calculis
Iniqua damnatum malignis
Urna ſonans citat ad ſepulchrum.
Sic vitrea, eheù, vita rebellibus
Extis oborto marmore frangitur:
Alvumquè geſtamus tenaci
Morte gravem, ſimul & ſepulchro.
Reſolve vinctum compede ſaxea,
Triſteſquè cautes redde Caphareo,
BERNARDE, mõſtrorumq; frange
Saxificam domitor Meduſam.
Tunc ſoſpitali conſcia patrio
Arcana ponam marmora Numini;
Araſquè

Araſquè ſervatus calentes
De lapide edomito excitabo.

Dira pituita eluvione propè in phthiſim labentis authoris B. Bernardo votum.

O D E XIV.

TE ſivè latrans Cerberus expuit,
Seu fęda Gorgon, Lernavè languida,
Fletuvè profudit maligno
In Pharia Crocodilus alga,
Nocens catarrus; rabificus liquor
Stillantis urnæ triſtis Aquarii,
Et rauca tempeſtas, & Auſtri
Proluvies pigra tuſſientis.
Sentina vitæ, labere, frangere,
Arcana peſtis, guttaquè carnifex,
Voraxquè pulmonum teredo,
Eluvies cerebri liquentis.
Vitæ fluentis per vada lubrica
In prona ſenſim Tartara labimur;
Urgetquè prorumpens citatis
Præcipites pituita rivis.
Humor cerebro tabidus irruit,
Puriquè florem ſanguinis inficit,
Mergitquè vitales calores,
Et refluo jugulamur imbre.

Fruſtra

Fruſtra timemus cærula, nautico
Terris futuri funere naufragi:
Siccisquè non ſicca in ſepulchris
Fata natant, liquidæquè mortes.
Undoſa purget pectora, amabilis,
Qua, Dive, ferves, flamma; reſorbeat
Fæcem venenatam, ſuoſquè
Tabificus Phlegeton liquores.

Authoris gravi, & moleſtiſſima ſurditate laborantis votum.

ODE XV.

VOces canoræ blandaquè murmura,
[Quondam voluptas, nunc dolor] anxiis
Inviſa curis, ò valete,
Plectra, lyræ, cytharæ valete.
Quid delicato pectine vellices
Laſcivus aurem? grandè ſonantia
Non æra ſopitam, aut Tonantis
Rauca manus valet excitare.
Lapſus cerebro luridus invido
Humor ſonoras turbat imagines,
Mergitquè voces, aeremquè
Cœca agit ingenitum procella;
Graviſquè feſſis incubat auribus,
Fremitquè circum triſtè remurmurans
Nimbo-

Nimboſus arcano fragore,
Niliacæ ut ſtrepitu ruinæ.
Sonora & incus, timpana, malleus,
Nuda, heù, ſuperſunt nomina; & organa
Arguta torpeſcunt, negantquè
Muta ſonos; tacitaſquè voces,
Et mæſta ſolum cerno ſilentia.
Mihi volucres, heù, ſinè murmure
Erratis auræ, garruliquè,
Heù, liquida ſinè voce fontes.
Vitet ſororum cantica callidis
Ceris Ulyſſes: blanda pericula
Ridebo ſecurus, doloſi
Inſidias pelagi canoras.
Peſtem oſtinatam non Epidauriæ
Fregere vires, vecta nec ultimis
Radix ab Indis, nec rebellem
Pæonii domuere ſucci.
Audite tandem Numina; & aurium
Aurita peſtem rumpite, ſurdaquè
In regna ditis luctuoſam
Pellite, & in populos ſilentes.
BERNARDE, noſtri gloria ſanguinis,
Severa molli ſydera, & audiar;
Aureſquè nexu compeditas
Difficili facilis reſolve.
Et præter unum te nihil audiam;
Tibiquè, & auris munera redditæ,

Lin-

Linguamquè, patrono, lyramquè,
Corda, animos, calamum dicabo.
Quòd ſi uſquè peſtis non medicabilis
Hæſura mutis auribus; audiam
Poſt fata non ſurdus (ſatiſquè)
De tumulo ad ſuperos vocantem.

Dum Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Cęlius Picolomineus Senarum Archiepiſcopus, amantiſſimus Dominus ſuus, diuturna, ac gravi febri tertiana decumberet, authoris Beato Bernardo votum.

O D E XVI.

QUater renaſcens Delia candidum
Complevit orbem; nec febris invida
Te liquit, accenſiſvè venis
Detumuit penetralis ardor,
O ſplendor Oſtri, præſidium, & decus,
Speſquè una, COELI, curaquè patriæ.
Tuiſquè ſuſpenſos periclis
Excrucias populos amantes.
Æſtum rebellis flamma reciprocat;
Tenaxquè peſtis ſeditionibus
Remiſcet alternis venenum
Purpureas populata venas.

Nec

Nec pervicacem vim Podaliricæ
Fregere vires, cædere neſciam;
Nec ſecta lymphatam repreſſit
Uberibus cava vena rivis.
Quæſita fruſtra finibus Indicis
Arcana radix; nec datur igneas
Moraſquè cunctantis, viceſquè
Pæonio domuiſſe ſucco.
Heù bis minaces ars Epidauria
Compreſſit iras; bis tamen acrior
Exarſit obſtinatus ignis
Suppoſitus cineri doloſo.
Tandem malignam pone proterviam
Æſtus medullas urere pertinax,
Nevè, heu, recrudeſcens perure
Igne calens meliore pectus.
Compeſce Ditem, DIVE, & amantium
Aſſueſce votis. Exulet, exulet
Inviſa peſtis, & procellam
Tabificam cohibe, ulla tangit
Si cura noſtri; dulce refloreat
Olli sereni gratia verticis,
Vigorque, & exorata feſſo
Pulſa quies redeat, saluſquè.
Ah Patriæ ſerva incolumem diù,
Divina cœli munera, COELIUM,
Et ſpem Quirini, & Chriſtiani
Delicias, columenquè mundi.

Feſſum

Feſſum beatis ſera remiſceat
Aſtris ſenectus, & Capitolii
Longa fatigatum corona
Jungat avis generoſa virtus.

Nobiliſſimis adoleſcentibus Seminarii Ptolomæorum Senis nuper erecti, quod B. Bernardum in patronum aſſumpſerint gratulatio.

ODE ULTIMA.

CUI fœderatis aſtra nitoribus
Conjuncta rident, na viget invidæ
Securus auræ, nevè ſortem
Ambiguus trepidet malignam.
O ter beatum, cui pia contigit
Sacrare Divis thura domeſticis,
Aræquè cui ſervant calentes
Indigetes faciles vocari.
Electa pubes, dum tibi Numina
Præſunt vetuſti conſcia ſanguinis,
Quodcunque ſpera, nec ſiniſtra
Fata time, Superis ſecundis.
Fauſto ex Olympo ſydus amabile,
Lampas nitentum ſacra penatium
BERNARDUS affulget, colentum
Et decus, & columen minorum.

Agnato

Agnato ab aſtro ſume ſuperbiam;
Permitte pulchræ fræna licentiæ
Audax precaris vota Numen
Solicitant tenerum rogantis.
Te clara juncti luminis æmulam
Exempla tangant; pronaquè candidam
Caſti pudoris candidata
Pone facem ſequere, atquè adora.
Nexu decoro Palladijs ſacras
Permiſce OLIVAS; curaquè ſedula
Ardentis ex alto Magiſtri
Ad rutilam vigilet lucernam.
Quæ non ab aſtris fulgida ducitur,
Haud vera virtus; languida gloria
Quæſita terris; non caduco
Una manet veniens Olympo.

HYMNUS SACER.

O Sacra Eremi gloria,
O lux Olympi lactea,
Ardens OLIVA fervidas
Quæ Sponſi adornas lampades.
Cęcam fuga caliginem,
Cui vena lucis cęcitas;
Sævumquè Avernum comprime,
Cui fracta cædunt Tartara.
O norma pœnitentium,
Quas reſtituta lumina
Fundere abundè lachrymas,
Nobis perennes impetra.
O charitatis victima
Telis pudicis ſaucia,
Tu corda noſtra vulnera,
Et igne caſto concrema.
Summo parenti gloria,
Natoquè Patris unico,
Et caſto Amori, flentibus
Qui vera donant gaudia. Amen.

ALTER HYMNUS SACER.

PRolis Columba candidæ
Parens, OLIVAM bajulans,
Jam cœli ad arcam convolat;
Cives ſuperni plaudite.
Argento Olympi ſcanſili
Sublimis aula panditur;
Amanſque amantem virgine
Cum Matre Numen advocat.
Domus beatæ in atriis
Plantata OLIVA, vulnerum
Confer medelam languidis,
Da pacis aureæ munera.
Sit trino, & uni Numini
Laus, & per ævum gloria;
Tecumque donet exules
Et nos beata Patria. Amen.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

NObiliſſimis Parentibus, Mino Ptolomæo & Fulvia Tancreda ſterilibus, eorum vota Deipara obſecundante, Beatus Puer concipitur. Elogium I. *pag.* 1.

Mater, dum Puerum geſtaret in utero, ſibi viſa eſt in ſomnis candidum cygnum peperiſſe, qui virentis Olivæ decerpto ramo, denſis ſtipatus cygnis cœlum volatu conſcenderet. Elogium II. *pag.* 3.

Naſcitur Senis in Hetruria die decima Maii anno à partu Virginis 1272. *ſeculo Italię, & univerſo Orbi Chriſtiano Guelphorum ac Ghibellinorum diſſidiis funeſtiſſimo, & in illius ortu repentino afflata gaudio patria Senenſis exultat.* Elog. III. *pag.* 5.

Nato à Fulvia Matre imponitur nomen JOANNES. Elogium IV. *pag.* 7.

Mira in eo, vel à tenera infantia, morum gravitas, & pietatis maturitas. Elogium V. *pag.* 9.

Formoſus ad miraculum adoleſcens JOANNES. Elogium VI. *pag.* 11.

Chriſtophoro Ptolemæo religioſiſſimo agnato ſuo nobilis adoleſcens alendus committitur in Cęnobio Divi Dominici Senis.

 Elo-

citatem promiſerat, ab eo theſes expectantibus, de vanitate rerum terrenarum, & Seculi contemptu, jam in Eremum ſeceſſurus, in Senenſi Lycæo religioſiſſimam concionem babet. Elogium XVII. *pag.* 35.

Univerſa bona ſua piè diſtribuit in pauperes. Elogium XVIII. *pag.* 38.

In Eremum Accona ſecedit. Elog. XIX. *pag.* 41.

Secedentem in Eremum ſequuntur Ambroſius Picolomineus, & Patritius de Patritiis, religione æquè, ac ſanguine præſtantiſſimi. Elogium XX. *pag.* 43.

Mutat nomen Joannis in Bernardum. Elogium XXI. *pag.* 46

Lacero ſacco ſemiamictus ferè nudus deſertum colit. Elogium XXII. *pag.* 49.

Bernardi cellulam arboribus in Eremo conſtructam protinùs mali Dæmones evertunt. Elogium XXIII. *pag.* 50.

Defoſſam à ſe ſpecum inhabitat. Elogium XXIV. *pag.* 54.

Quam incolit ſpelunca in ſpeciem ſepulchreti humanorum cadaverum exuviis horrenda. Elogium XXV. *pag.* 56.

Archangelum Michaelem in patronum aſſumit, cui in ſingulas hebdomadas perpetuum, ac ſeveriſſimum jejunium vovet. Elogium XXVI. *pag.* 58.

Vinum

Vinum ultra non guſtaturus omnes Acconæ Vites obtruncat. Elog. XXVII. *pag.* 61.
Perpetuo, atquè ſeveriſſimo ſibi indicto jejunio bis tantùm in hebdomada pane veſcitur. Elogium XXVIII. *pag.* 64.
Aſperum induit cilicium, atque ferrea catena ſe præcingit. Elogium XXIX. *pag.* 66.
Ubertim, & amariſſimè plorat. Elogium XXX. *pag.* 69.
Seſe ſepties in die horrido fuſtuario cruentat. Elogium. XXXI. *pag.* 73.
Quod religioſis curis团 ſupereſt temporis terræ in culturam impendit. Elog. XXXII. *pag.* 75.
Circumſpectus ſuæ cuſtos pudicitiæ, omnium vitat aſpectum Fœminarum. Elogium XXXIII. *pag.* 77.
Duabus vix horis quieti neceſſariè permiſſis, traducit noctes inſomnes. Elogium XXXIV. *pag.* 80.
Integras cujuſque Feriæ Sextæ noctes patientis Dei inſervidas meditationes vigil impendit. Elogium XXXV. *pag.* 83.
Silentium non interruptum religioſiſſimè ſervat. Elogium *XXXVI*. *pag.* 85.
Virginem Deiparam tenera dilectione proſequitur. Elogium *XXXVII*. *pag.* 89.
Sacræ lectioni vacanti ſæpiùs Virgo Deipara ſacrarum ſcripturarum difficultates enodat. Elogium *XXXVIII*. *pag.* 92.

Inferni ſpiritus, Ambroſii, atque Patritii aſſumpta ſpecie, ſuadentes Bernardo diſceſſum ab Eremo, ab eo divinitùs detecti fugantur. Elogium XXXIX. *pag.* 94.

Ambroſius, & Patritius, ſuggeſtione Diabolica adornantes diſceſſum ab Eremo, prodigioſa caligine circumfuſi, fruſtra circumerrantes exitumque ab Accona non invenientes, mirè ibi Bernardi prece detinentur. Elogium *XL.* *pag.* 97.

Fercula, ac pocula infecta veneno, à Guelphis, ſimulata pietate, dono miſſa, Bernardus, fraude divinitus cognita, illicò ſigno Crucis expurgat viſibiliter à veneno. Elogium XXXXI. *pag.* 100.

Sanctorum Innocentium cędi ſacrata die à malo Dæmone graviter vulneratus, à Chriſto crucifixo illi apparente prodigioſè ſanatur, & recreatur. Elog. XXXXII. *Pag.* 102.

Reparatoris tormenta fervidè meditanti Diabolus tot ſe daturum verberationes minatur, quot ad columnam paſſus eſt Chriſtus Jeſus. Elogium XXXXIII. *Pag.* 105.

Sathan aſſumpta ſpecie fœminæ impudicæ, Bernardum impuros ad amores ſolicitans ſigno Crucis fugatur. Elog. XXXXIV. *Pag.* 107.

Concupiſcentiæ motus repreſſurus, ſe inter ſpinas

nas volutat. Elog. XXXXV. *Pag.* 111.

Sacra Bernardi gloria ex Italia univerſa multos trahit in Eremum. Elogium XXXXVI. *Pag.* 113.

Oſtenditur Bernardo ſcala argentea cœlum uſque pertingens, in cujus ſummitate Jesus, & Virgo Mater, plurimis in veſte candida per illam aſcendentibus. Elogium XXXXVII. *pag.* 115.

Latrante invidia tanquam ſuſpectus de hæreſi cum Sociis ad Summum Pontificem Joannem XXII. defertur, à quo citati Bernardus, & Ambroſius calumniam purgaturi Avenionem in Gallia proficiſcuntur. Elog. XXXXVIII. *pag.* 117.

Avenionem proficiſcenti occurrunt ſæpiùs Angeli ductores in via. Elog. IL. *pag.* 120.

Eſurienti in itinere Angeli panem ſuppeditant. Elogium L. *Pag.* 121.

Sathan, aſſumpta forma Religioſi Anachoretæ, Bernardo occurrens, perfidè inſinuat, ut contemptis imperiis Summi Pontificis, Acconam revertatur, & ab eo detectus, & deriſus fugatur. Elog. LI. *Pag.* 123.

Summus Pontifex, deprehenſa ſtatim innocentia Bernardi, & illius admiratus ſanctitatem, honorificè exceptum, & gratiis cumulatum Hetruſcam in Eremum dimittit. Elog.

Elogium LII. *Pag.* 126.

Rediens in Italiam Bernardus à Nobili Viro Taurini hoſpitio recipitur, cujus Servus commiſſum à ſe furtum ſuggeſtione Diabolica perfidè impoſiturus Bernardo, Argenteam pateram in ejus pera condit, cujus indicio actus reus furti manifeſti Bernardus, & carceri mancipatus, impetrata priùs furaci Servo venia, furem, ac furtum retegit, ſibi divinitùs revelata. Elogium LIII. *Pag.* 130.

Dum accuſatus furti detineretur in vinculis, habuit in carcere Angelos conſolatores. Elogium LIV. *Pag.* 133.

Nobilis hoſpes Bernardi mira hac illius charitate, & vitæ ſanctimonia devinctus, ſuis bonis omnibus erogatis in pauperes, eum ſequitur in eremum. Elog. LV. *Pag.* 136.

Vercellis Fœminam à malo ſpiritu obſeſſam aſpectu ſolo liberat. Elog. LVI. *Pag.* 138.

Reverſus in Eremum inſtituit Congregationem S. Mariæ Montis Oliveti, ipſa de Cœlo Virgine Deipara præbente veſtem candidam, & novæ Congregationis inſignia, ſcilicet ternos Montes cum Cruce purpurea media inter geminos ramos virentis olivæ. Elogium LVII. *Pag.* 140.

Virgo Deipara regulam S. Patris Benedicti

de

deCœlo præbet Bernardo, quam novæ ſuæ Congregationi obſervandam proponat. Elogium LVIII. *Pag.* 142.

Admirabili demiſſione Congregationis ſuæ ſummam præfecturam recuſans; tandem poſt diuturnum certamen eidem Abbas Generalis licèt invitus præficitur. Elog. LIX. *pag.* 145

Bernardi, in ſumma moderatione, ſumma modeſtia. Elogium LX. *pag.* 147.

Singulari demiſſione oculorum languorem cauſans, ut commiſſum deponat Præſulatum, id à filiis amantibus impetrare non valet, ſed in eo perpetuò, donec vivit, confirmatur. Elogium LXI. *pag.* 149.

Nova Bernardi Congregatio frequentibus donata cœnobiis per univerſam Italiam illicò propagatur. Elog. LXII. *pag.* 151.

Celebre Templum, & Cœnobium Montis Oliveti in Eremo Acconæ Bernardo ædificante, inferni Lemures, aſſumpta Æthyopum forma, noctu evertentes, quod fuerat conſtructum interdiù, Bernardi precibus à Michaele Archangelo fugantur. Elogium LXIII. *pag.* 154.

Stephanum de Lugano cementarium inter templi ruinas caſu lethali extinctum ſolo contactu pectoris mirè in vitam revocat. Elogium LXIV. *pag.* 156.

Auri

Auri vis ingens Diabolico præſtigio in fundamentis novi cęnobii reperta, Bernardo illam ſignante ſigno Crucis, protinùs evaneſcit. Elogium LXV. *pag.* 158.

Sæpiùs viſus, dum orat, raptus in extaſim in cœlum toto corpore ferri. Elogium LXVI. *pag.* 160.

Feria ſexta majoris hebdomadæ juxta imaginem Jeſu Crucifixi ardentiùs orans, viſus eſt ſurſum corpore raptus Cruci diutiùs adhærere. Elogium LXVII. *pag.* 164.

Eadem die Jeſus Crucifixus amanter cum Bernardo colloquitur Elog. LXVIII. *pag.* 168.

A Chriſto Crucifixo multa arcana, & futura Bernardo revelantur. Elogium LXIX. *pag.* 171.

Cælitus illuſtratus noſcit ſecreta cordium, & arcanas cogitationes revelans, multos in viam ſalutis revocat. Elog. LXX. *pag.* 173

Prophetię dono illuſtratur. Elogium LXXI. *pag.* 177.

Fratrem Marinum de Pariſiis incurabili morbo claudicantem miraculosè ſanat. Elogium LXXII. *pag.* 178.

Fratrem Pacificum lethaliter vulneratum prodigiosè curat. Elog. LXXIII. *pag.* 181.

Solæ Bernardi veſtes mirè ſanant febricitantes. Elogium LXXIV. *pag.* 183.

Imperat febri quartanę, ut diſcedat à fratre, cui nomen Bonus, & illicò relinquit eum febris. Elogium LXXV. *pag.* 184.

A Summo Pontifice Joanne XXII. Sutrium miſſus, animos populorum civilibus diſcordiis æſtuantes conciliaturus, ſtatim tumultus ſedat. Elogium LXXVI. *pag.* 188.

Dum Summi Pontificis juſſu Sutrium progrederetur Bernardus, à pia Fœmina Volſinii hoſpitio recipitur, quæ mali Dæmonis arte impuro amore accenſa, noctu dormientem aggreſſa, ab illo, pudica prorſus aſtutia, protinùs exclamante, ſibi furem inſtare, fugatur. Elogium LXXVII. *pag.* 190.

Fugata impura fęmina, concupiſcentiæ motus ſedaturus, horrido fuſtuario ſe cruentat. Elogium LXXVIII. *pag.* 194.

Sutrii Romulum quemdam prima ab infantia cęcum, Deiparæ ope implorata, protinùs liberat à cęcitate. Elogium LXXIX. *pag.* 198.

Inferni Spiritus mentita nobiliorum Procerum ſpecie, Bernardum ambitionis tentaturi, illi offerentes præcipuas Seculi dignitates, ab eo protinus agniti deridentur. Elogium LXXX. *pag.* 200.

Contempto à Diabolo graviter vulneratus à Michaele Archangelo ſanatur. Elogium LXXXI. *pag.* 204.

A

A Virgine Deipara redditur certior æternæ beatitudinis. Elogium LXXXII. *pag.* 206.
Prædicit luem peſtiferam, quæ anno Domini 1348. *Italiam totam funeſtiſſimè devaſtavit*. Elogium LXXXIII. *pag.* 208.
Communi in contagione languente Patria accurrit ab Eremo cùm ſociis, ægris languentibus ſuppetiaturus. Elogium *LXXXIV.* *pag.* 212.
Uti Bernardus prædixerat, octoginta ejus filii, dum auxiliantur ægris, victimæ charitatis occumbunt. Elogium *LXXXV.* *pag.* 217.
A Divo Benedicto vicinæ mortis dies vigeſima Auguſti Bernardo prænunciatur. Elogium LXXXVI. *pag.* 220.
Glorioſæ Virginis aſſumptioni ſacrata die, illius in cœlum aſſumptæ triumphus oſtenditur Bernardo. Elogium LXXXVII. *pag.* 222.
Dum ferventiſſima charitate opitulatur ægris, contrahit labem lethalem. Elogium LXXUVIII. *pag.* 225.
Moriturus exultat, & ſuaviſſimè ridet. Elogium LXXXIX. *pag.* 228.
Agens ætatis ſuæ annum ſeptuageſimum ſextum die viceſima Auguſti anno Domini 1348. *ſanctiſſimè moritur, aſſiſtentibus morienti Chriſto Jeſu, Virgine Matre, & cum Cœleſti militia Archangelo Michaele*. Elog. LXXXX. *pag.* 231.

Circa ſacrum Cadaver *cœleſtis exaudita melodia ; & viſa beatiſſima illius anima à Chriſto Jesu , & Virgine Matre gemino diademate coronata , ac veſte candida trabeata in ſpeciem triumphantis inter Divos Benedictum , & Bernardum cum cœleſti militia cęlum conſcendere.* Elogium XCI. *pag.* 235.

Mortuus ab univerſa Hetruria lugetur , & ſit ad ejus pheretrum concurſus populorum . Elogium XCII. *pag.* 239.

Sacrum cadaver ſuaviſſimum odorem efflat . Elogium XCIII. *pag.* 242.

Sacri contactu corporis plurimi contagioſa lue afflati mirè curantur , inter quos præcipui Fratres Hieronymus Neapolitanus , Chriſtophorus Bononienſis , Gregorius Pavenſis , & Raynerius Romanus. Elog. XCIV. *p.* 244

Antonii Ghini de Senis arida manus ſacri contactu corporis ſanatur. Elog. XCV. *pag.* 246

Joanna de Bonoconventu energumena cingulo Bernardi præcincta à Spiritu invaſore liberatur . Elogium XCVI. *pag.* 248.

Mulier Fauſtina de Monte Sancti Sabini ab inſanabili ſanguinis fluxu ad pheretrum Berdi liberatur . Elogium XCVII. *pag.* 250.

Dominica Griffoli de Monterone hydrope incurabili laborans ad pheretrum Bernardi ſaluti reſtituitur. Elogium XCVIII. *pag.* 252

Sacrum

Sacrum Bernardi corpus reperiri adhuc non valuit, quod ideò factum creditur, quia id humilis ſervus moriens à Domino poſtulaverit. Elogium IC. *pag.* 255.

A Summo Pontifice Innocentio X. ob cultum immemorabilem, Bernardum uti Beatum coli decærnitur anno Salutis 1644. Elogium C. *pag.* 258.

A Clemente X. Summo Pontifice aris admotus, atque publico cultu decoratus Anno 1673. Elogium CI. *pag.* 260.

Ad Beatum Bernardum agnatum ſuum authoris peroratio, & operis concluſio. Elogium ultimum. *pag.* 262.

B. Bernardus cælitus repentina cæcitate percuſſus vitam ſanctiorẽ inſtituit. Ode I. *p.* 267.

Seceſſurus in Eremum in ſui ſeculi ſcelera, Guelphorum, ac Ghibellinorum factionibus luctuoſiſſimi declamat. Ode II. *pag.* 168.

Properat in Eremum Acconæ. Ode III. *pag.* 269

Anteactæ vitæ labes ubertim, & amariſſimè luget. Ode IV. *pag.* 270.

Se inter ſpinas volutat concupiſcentiæ ſtimulos repreſſurus. Ode V. *pag.* 271.

A Tartareis ſpiritibus dirè vulneratus, à JESU Crucifixo mirè ſanatur. Ode VI. *pag.* 272.

Malum Dæmonem ſub ſpecie formoſiſſimæ puellæ ejus pudicitiæ inſidiantem fugat. Ode VII. *pag.* 274.

Virgo Deipara Bernardo candidam tunicam de cęlo donat. Ode VIII. *pag.* 275.

Oſtenditur oranti ſcala argentea cęlum attingens, in cujus ſublimitate Chriſtus JESUS, & Virgo Deipara, multis in veſte candida per ejus gradus cœlum conſcendentibus. Ode IX. *pag.* 276.

Dum peſtifera lue Senis graſſante ægris opitulatur, victima charitatis occumbit. Ode X. *pag.* 277.

Ob lethalem è ciſio caſum decumbentis Authoris B. Bernardo ſuo votum. Ode XI. *p.* 278.

Ob recuperatam ſalutem Authoris B. Bernardo anathema. Ode XII. *pag.* 281.

Diro dolore laterum authoris laborantis B. Bernardo votum. Ode XIII. *pag.* 281.

Dira pituitæ eluvione propè in phthiſim labentis authoris B. Bernardo votum. Ode XIV. *pag.* 283.

Authoris gravi, & moleſtiſſima ſurditate laborantis votum. Ode XV. *pag.* 284.

Dum Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Cęlius Picolomineus Senarum Archiepiſcopus, amantiſſimus Dominus ſuus, diuturna, ac gravi febri tertiana decumberet, authoris Beato Bernardo votum. Ode XVI. *pag.* 286.

Nobiliſſimis adoleſcentibus Seminarii Ptolomæorum Senis nuper erecti, quod B. Bernar-

dum

934

dum in Patronum aſſumpſerint gratulatio.
Ode ultima. *pag.* 288.
In Beatum Bernardum Patronum ſuum.
Hymnus ſacer. *pag.* 290.
In B. Bernardum. Alter Hymn. Sac. *p.* 291.

Nobilis Dominus Hieronymus Grifoni, pro hoc S. Officio librorum imprimendorum Cenſor, accuratè revideat præſentem librum, cujus titulus eſt. *Vita B. Bernardi Ptolemai Congregationis Olivetanæ fundatoris*, & in ſcriptis referat, num liberè imprimi, ac publicari poſſit. Datum ex Ædibus S. Officii Senarum die 29. Auguſti 1708.

Fr. Joſeph M. Baldrati inquiſitor Generalis S. Officii Senarum.

In hoc libro nihil inveni quod adverſetur Catholicæ Fidei, aut bonis moribus alienum, ſed dignum mihi videtur, ut publicę luci demandetur.

Hieronymus Griphonus Reviſor.

Attenta ſupradicta atteſtatione.

Imprimatur

Fr. Joſeph Maria Baldrati inquiſitor Generalis S. Officii Senarum.

Reverendiſſimus D. Marius Spannocchi Metropolitanæ Canonicus J. U. D. & publicus Le-

ctor

ctor videat, & in ſcriptis referat, utrum preſens liber liberè imprimi valeat. Dat. ex Cancell. Archiepiſcopali Senen. 16. Octobris 1708.

Canonicus Claudius Dantini Vic. Gen. Subſtitutus.

Perlegi mirabilitèr geſta, mirabilitèr ſcripta: reverà, in ſcriptis exprimitur Joannes in Seculo, Bernardus in Clauſtro; caro enim fœdere conſociantur gratia, & ſolitudo, lacte Sanctitatis, Virtuté melle manantes in alimoniam Terricolæ tranſlati, Beatitatis aureola, in Cœlicolam. Gratia, & ſolitudo renidet adhuc in ſcriptis; ibi enim Verbum, quod gratia eſt, Vita eſt, & perſonat in ſolitudine. Verba mortis, ſi quæ ſint, non diſſonant Verbo vitæ conſonant illi, ad miraculum ancillantia. Typis enim mandandam dijudico floream hanc Hecathombem, quæ lucet ſtylo eloquentię, & ardet exemplo Sanctimoniæ. Quæ metricè conſcripta ſequuntur, ſicutì, & quæ præcedunt inſervire cenſeo Torcularibus pretiò ſtuporibus Ingenio.

Ego Marius Spannocchii Can. Deput.

Attenta ſupraſcripta relatione

Imprimatur

Can. Claudius Dantini Vic. Gen. Subſt. Senar.

Eq. Aurelius Sozzifanti Auditor Gener. pro S. C. R.

005665158

Digitized by Google

Restauro del Libro
Badia
di
Cava

Digitized by Google